


LIPSI


POLITICORVM
SIVE

F. DE DERECHO

A
28
485










A - 322 (1)

b 13861645

i 15874783



VI-⁹^o IVSTI LIPSI
1663
POLITICORVM
STD. Gallicanis IVE Calafat
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI SEX K:5384

Qui ad Principatum maxime spectant.

Editio vltima. quam Aucto: pro germanâ
& fidâ agnoscit.

*Quibus succedit Aduersus Dialogistam de una
Religione liber eiusdem Auctoris.*



L V G D V N I,
IN OFFICINA HVG. A PORTA,
Apud Fratres de Gabiano.



242

Lipini

TELEGRAM

W
H
L
20

Ta
Núm.



IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES.



M P L V M & il-
lustre vestrum
mun^o est , quod
sustinetis . Quid
maiis inter ho-
mines , quām
vnum præesse pluribus ; leges
& iussa ponere ; maria , teifas ,
pacem , bella moderari ? Diui-
nitas quædam videtur hæc di-
gnitas : & est profecto , si salutari-
ter atque ex vſu publico admī-

nistretur. Sed hoc quām arduum
sit, cūm ratio nos docet, tum
exempla. Illam si inspicimus;
quantæ molis, ab vno capite tot
capita coērceri, & vniuersam il-
lam multitudinem, inquietam,
discordem, turbidam, leniter re-
digi sub commune quoddam
Obediētiæ iugum? Si hæc; quām
pauci ab omni æuo reperti, qui
laudabiliter hoc munere functi
& defuncti? Nimirum maius
quiddam est quām imperiti su-
spicentur, cursum rectum in vn-
dosō illo mari tenere, & in sum-
mâ Fortunâ non abripi licentiæ
ventis. Quām multis virtutibus
opus est, quibus velut anchoris
hæc nauis firmetur? quām variâ
Prudentiâ, quo velut clavo gu-
bernetur? Ut verissimè dixerim,
difficile esse homini in hominem
impe

imperium: nec vnius mente vn-
quam dirigendum. Ideò meri-
tò laudandi Sapientes, quibus
olim & nunc hæc cura, vt saluta-
rium monitorum face præluce-
rent imperanti. Quâ enim in re
meliùs mereantur de genere hu-
mano? In moribus aut scien-
tiis aliquid præcepisse, laudem &
vsum habet: & non magis in re-
gno & administratione ciuili?
cùm illic vnum aliquem ciuem
meliorēm doctiorēmve facias;
hīc, in vno omnes. Nam ita
profectò est. arcta quadam ca-
tenâ deuincti sumus, qui impe-
ramur, cum imperante. & vt in
corpore mens sana aut insana es-
se non potest, nisi vt pariter vi-
geant aut langueant eius functio-
nes: non item in hac societate,
Princeps. Ad virtutem ille præit?

sequimur. ad vitia? inclinamus.
Benè beateque agit ? floremus.
improsperè ? labimur aut ruimus
cum illo. Atque vt à sole in sub-
iecto hoc orbe lux aut tenebrae:
sic à Principe apud subditos pra-
ua pleraque aut recta. Cæsar ille
non animosè magis quām verè
dixit:

- *Procerum motus hæc cuncta* Lucan.v.

sequuntur,

Humanum paucis vivit genus.

Ergo eximia hæc ratio de repu-
blicâ benè merendi , de Principe
benè mereri : id est , ducere eum
& dirigere ad metam illam Pu-
blici boni. Nam hic, ne erretis, ô
Principes , vester finis. Præestis
hominibus, sed hominum caussâ:
nec domini modò & arbitri re-
rū, sed tutores & administri estis.

Mali

Mali improbique illi , qui in imperio non nisi imperium cogitant ; superbi , desides ; & qui se non ciuibus datos arbitrantur , sed sibi ciues . Nam sicut sidera illa splendorem habent , sed ut visibus mortalium deseruant : sic vos dignitatem , sed cum munere officioque deuinctam . Collata est in simum vestrum à deo hominibusque Respublica : sed nempe in simum , & ut foueatur . O verè iustum & legitimum illum Principem , qui in summo fastigio , non magnus magis quam bonus audire desiderat : & duas res diuersissimas , Potentiam ac Modestiam , miscet ! Quem prodeuntem , certatim velut beneficium & salutare quoddam numen aspiciunt : inter amorem timoremque medij : & alternis iu-

diciis ambigentes, Dominum fal-
lulent an Patrem. Hæc illa sunt,
Principes, præclara, tuta : ad quæ
veteres & ego vos vocamus. au-
dite. nec ideò consilia nostra
aspernemini, quia estis supra ius-
sa. Nam vt illud in Principatu
beatissimum est, non cogi : ita
miserrimum, non suaderi. Sunt
apud vos fateor, qui consilij sui
copiam assidue faciant : sed vti-
nam consilij fidi semper & recti !
Alphonsus olim, eximius ille re-
gum, interrogatus, Qui essent
optimi consiliarij ? Mortui, re-
spondit. libros scilicet & hæc talia
monimenta intelligens, qui nihil
blandientes, nihil celantes, pu-
ram meramque propinanter veri-
tatem. Ea vt sensibus vestris
infideat ; & quæ optima sunt aut
per me cognoscatis ; aut mecum

reco

recognoscatis ; te , qui Æterna
Veritas es , ex imis sensibus pre-
cor. Valete

IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES,
& salubriter diu regnate.

Sapient.
cap. vi.

Si delectamini sedibus & sceptris, è
reges populi, diligite Sapientiam, ut in
perpetuum regnetis.

Seneca
Epist.
xxxvii.

Si vis tibi omnia subiicere, te subiice
Rationi. Multos reges, si Ratio te re-
xerit. ab illâ disces, quid & quemad-
modum aggredi debeas.

Plutarch.
Caton.
Maior.

Τῆς πολιτεῖας ἀνθερπός δέετης εἰ καὶ
ταῦ τελειοτέραν:

Virtute Politicâ præstantiorem nul-
lam homo assequitur.

D E

DE CONSILIO
ET FORMA
nostrī Operis.



VISQVIS es Letor, paullum in vestibulo hoc siste. Non diu te morabor, nec ambitiose addam muneri meo pom-pam: saltem Consilium instituti operis nosce, & eius Formam. Quod nunc tibi damus, POLITICA esse vides. in quibus hoc nobis consilium, ut quemadmodum in Constantia ciues formauiimus ad patiendum & parendū, ita hic eos qui imperant, ad regendum. Quod fecisse ante me alios nihil abnuo: & eximiē fecisse. in primis illos veteres: inter quos Plato præcellūt & Aristoteles: sed hic magis,
Finis hu-
ius secun-
pti.
Prisci
quoq; in
hac ma-
terie.

Quo

Quo minor est, quisquis maximus est hominum.

Sed non
tam pres-
scē.

Nectā no
bis apid.

Nouitij
plerique
futiles.

Machia-
ueillus mi-
hi vit est.

Sed hic tamē de Repub. uniuersâ et communiter scripsérunt : ego velut partem aliquā magni huius agri collendā mihi sumpsi, PRINCIPATVM. Quod ipsum etsi inter veteres suauissimus scriptorum Xenophon fecit : tamen parūm profectò, si verum amas, distinctè aut plenè. addo, quod in priscis aut barbaris illis ritibus, haud usquequaque conuenienter ad hoc æuum. Nam qui nuper aut herè id tentarunt, non me tenent aut terrent. in quos, si vere loquendū est, Cleobuli illud vetus conueniat: Αμεσα τὸ ωλέον μέπος, λόγων τε ωλῆθος: Inscitia in plerisq; & sermonū multitudo. Nisi quod unius tamen Machianelli ingenium non contemno, acre, subtile, igneum: et qui utinā Principem suum rectā duxis

Lact. v.
Cleob.

duxisset ad templum illud Virtu-
tis & Honoris! Sed nimis saepe de-
flexit, & dum commodi illas semitas
intenè sequitur, aberrauit à regiâ
hac via. Cum tenuâ igitur nos quo-
que hæc scribimus: præsertim alio
quodam & nouo plane modo: Nam
inopinatum quoddâ stili genus insti-
tuimus: in quo verè possim dicere,
omnia nostra esse, & nihil. Cùm
enim Inuentio tota & Ordo à nobis
sint, verba tamen & sententias va-
riè conquisiuimus à scriptoribus pri-
scis. idq; maximè ab Historicis: hoc
est, ut ego censeo, à fonte ipso Pru-
dentiæ Civilis. Nec huc ambitio nos
aut nouitatis ventus impulit (inge-
nuè id testor:) sed tuus fructus. Quid
utilius potui, quam tot Sententias in
unum conducere, pulchras, acres, &c.,
ita me Salus amet, ad salutem natas
generis humani? Nam quod ego ea-

Sed inter-
dum haud
rectus.

Forma
noua no-
stri ope-
ris.

Concin-
nata ab
aliis.

Maximè
ab Histo-
ricis.

Vnum ho-
abet.

dem dicerem : ecquando mihi eadem
Et fidem. vis aut fides ? Ut in uno aliquo telo
aut gladio multum interest , à quā
manu veniat : sic in sententiā , ut pe-
netret , valde facit robustae alicuius
et receptae Auctoritatis pondus . At-
qui ea veteribus adest . Nec vero

Centonē quedā fe-
cimus.

nudas aut sparsas Sententias dedi-
mus , ne diffuerent , et esset , quod di-
citur , Arena sine calce : sed eas aut Sueton. Ca.
lig.
inter se haud indecenter vinximus ,
aut interdum velut cimento quo-
dam commisimus nostrorum ver-
borum . Ad summam , ut Phrygiones
è varij coloris filo unū aliquod au-
laeum formant : sic nos è mille aliquot
particulis uniforme hoc et cohærens
corpus . Quod ipsum figuris etiam et
vario sermonis ductu ornare au-
sus sum : ut non colorem solum habe-
ret , sed quasi spiritum et vitam .
Hoc totum quam arduum , in ardua

Figuras
verbōrum
sententia-
rumque
niscui-
mus.

istā

istā materie, mihi fuerit, fruſtrā di-
xerim apud non expertum. Siquis
volet, per tentamentū \ddagger iocum
pauca aliquot Capita cōcinnet in Po-
puli aut Optimatiū statū: nam eos
non libauī. idōꝝ pōdos, idōꝝ rōdūtū:
Ecce Rhodus, ecce saltus. Atque
eo maior mihi molestia, quod per
hēc aliena vēstigia sic iuerim, tan-
quam in liberrimo ingenij cursu. De-
finiui, diuisi, excepti: \ddagger nihil omisi,
quod faceret ad formam faciemque
perfectae artis. Rationes imò dicto-
rum etiam addidi: non ignarus, ple-
rosque hominum, ut Catonem illum,
affici, qui iam tum puer ita praecepto-
ri suo credebat, ut tamen identidem
posceret \ddagger cauſsam. Atque hēc
omnia, pro rerum quidem magnitu-
dine, breuiter p̄st̄ti. Nec enim ad
disputationes aut amœnitates me dif-
fudi; sed pressis habenis currum hūc,

Scripti
huius mo-
les & mo-
lestia.

Politica
nos in ar-
tem rede-
gimus.

Breuitati
studiu-
mus.

Apud Sto-
basum in E-
tine. Elog.

Et usui,
nō pom-
px.

Commu-
nia nostra
dogmata.

Trahenda
ad res sin-
gulas.

ut sic dicam, continui intra orbitas
Vsus & Actionis. Ea mihi in oculis. ideoq; nec ad tenuium rerum monitiunculas abij, contentus Communia quædam præcepta dedisse, & velut decreta. Nam legem breuem esse oportet, ait Romanus noster Sapiens, quæ iubeat, non disputeret. atque hoc seruauit. Quid autem opus aliter? Ut is qui iaculari alium docet, satis habet manum oculosq; eius dirigere ad certos quosdam scopos: ille deinde arte eâ utitur in quocumque loco aut interuallo: sic animus, qui semel principia ista firmiter hauserit, facile ad alia transferret, nec monitorē in singulis requiret. Semen quamvis exiguum in bono solo sparsum facile comprehēdit & se explicat: breue item monitum in bona mente. Hac Forma nostri operis.

Quæ citid placent, quæ ut aspecta statim placeat, haud

Senec. in
Epist. xcvi.

Horat. 1.
Carm.

*Apud Sto-
baum in E-
tine. Eleg.* τονεο: magis, ut inspecta. Πλάτων
*non diu
placent.*
τὰ πολλὰ ὡν τινες συγγράφοι,
τοῖς ἀδωνικοῖς κόποις ἔκαλεν, οἱ τὴν
ἀρχὴν ἐφίμερον ἔχοντες, φαδίως
μαράνονται: Plato pleraque scri-
ptorū cum Adoniis hortis com-
parabat, qui subitō & die vno na-
ti, celerrimè pereunt: spero haud
id eueniet huic nostro. quod laboriose
saturn, vires magis à tempore capiet,
(t), poëtae verbis,

*Ne mihi
hoc esto.*

*Horat. i.
Carm.*

Crescit occulto, velut arbor,
xuo.

Sed iam addo

MONITA quadam, siue
CAUTIONES.

NA M futurum ut in varia iudicia
siue voces hic labor noster in-
currat, valdè temporum & morum
ignarus sim, nisi sciam. Omnes hodie

*Curiosi be-
die in alie-*

††

*in scriptis
aut carpato-
et.* in Politicā istā re aliquid sapiunt aut
vident: atque etiam ij, qui nihil vi-
dent. Occurrentum igitur breuiter his
talibus est, siquid quærent aut carpent;
& tu simul, Lector, instruendus, ut ma-
gis ex tuo meoque vſu me legas. Ac
primum, nisi fallor, Calumniæ telum
erit in Obscuritatem huius scripti. Te-
nebrosum est, inquiet, nec omnia in
eo liquent. Credo. sed quæ mea hīc
culpa? scriptorum illa est, à quibus
haui: quorum, nescio quomodo, ut
quisque prudentissimus, ita astrictissi-
mus est & pauci sermonis. Ego quid
facerem? ponere illa talia, lex mei
operis iussit; mutare aut addere, reli-
gio non permisit. Tamen huic rei ſub-
*Quæ faciat
n' pellenda.* fidia hæc cape.

Repetitio.

I. Ut sæpius legas. Nam quod gla-
diatoribus imperari solet, utiliter ego
hīc tibi, *Repete.*

Discretio.

II. Ut discrimina verborum, quæ mea,
quæ aliena sint, (nam literarum figurâ
disparauimus) ſeriō obſerues. Ad fidem
cuius

cuiusque Sententiæ hoc faciet, tum
etiam ad intellectum.

111. Ut distinctiones multo magis. Distinctio-
id est, in fine cuiusque clausulæcola po-
sita, semicolonæ, puncta, aut bipuncta.
Nam pro his, sententia tibi tota termi-
nanda est scilicet, aut sustentanda: vide-
bis que vniuersam orationem per mem-
bra sua & periodos curiosè à nobis sic
discretam. Nec enim finis semper sen-
tentiae in fine clausulæ: sed pendet ea sæ-
pe ac hæret.

iv. Ut Notulas vbiue adeas, quæ Notulae.
ad oram. Quas nocti inter se reperies;
&, magno tuo commodo, semper in
iis Breuiculum materiæ totius. Imò &
astringi sæpe ab iis aliquid aut explicati-
ri. Quæso, obserua. atque etiam hoc,
ut Capitum summas præfixas non ne-
glegas, eidem huic fini.

v. Denique, ut nequid in legendō Modesta
asperum te præbeas aut morosum.
Hoc aut illud non capis? ne damna
aut abiice. Sed quod olim Socrates,

cum obscurum Heracleti librum legisset; tu dico: Αὐτὸν σωνηγεῖ, γρυναῖ
οἴμαι ἐγώ, καὶ μὴ σωνηγεῖ: Quae intellexi,
proba sunt: credo, & quae non intellexi.

Litter. in
Socrate.

Calumnia altera futura videtur, aut
potius iam fuit, in meam Fidem. Non
recte, inquit, nec ex scriptorum men-
te quædam citas. Quām risi, cum hoc
audiui! Nam reuera culpant insciti ho-
mines, quod elegantior aliquis mihi
det in laudem. Qui aliter potui, aut
debui, in hoc scripto? Nōnne enim
Centonem quendam concinno (tale
omnino nostrum opus) in quo liberi
semper & laudati à sententiā isti flexus?
Consulant poëtas, qui olim & nunc
sic luserunt. Id vnum modò spectan-
dum est, nequid in sententiam impro-
bam aut falsam flectatur. quod neque
isti dicunt, nec verè vñquam in me di-
cetur. Etsi profectò leuicula hæc tota
calumnia, imò vana. Nam nos amœ-
nitatis isto genere in re scilicet seriâ,
nimisquām raro vñsumus: & de in-
dustriâ, locum ei non dedimus; nisi
fortè

ades nostra
reggillatur.

ed ab igna
s huma
riptionis.

Centonum
iis & iis.

Nos vix
surpamus.

Apud Plu-
tar. in So-
lone.

forte in connexionibus, aut ad utilem aliquam sententiam explendam. Nam tunc, cum nihil ab aliis directe sic dictum praे manu: quidni leuiter aliquid nec indecorè torquerem? Licuit semper in hoc genere, & licebit. Nam illud omnino non excuso, quod Auctorum verba non rigidè semper, & ut ab iis posita, repono: sed in Casu aut Tempore, pro orationis meæ conformatione, paucillum inflesto. Constare aliter non potuit hic textus.

At Tertia Calumnia in ipsam Rem In re carpi
mūr. erit: idque variè. cum hoc illi, hoc alteri, displicebit: quoniam Solonis verissimo verbo,

Apud Plu-
tar. in So-
lone.

Ἐγναστὸν δὲ μεγάλοις πᾶσιν αὐτὸν
χαλεπόν:

Omnibus, in magnis, difficile est
placeas.

Huic adhuc incertæ quid opponam? Nostra hu-
preces. Tria hæc rogo, quicunque
rogatio. Tria hæc rogo, quicunque
me leget.

I. Ut nemo temere me arbitretur aut Ne lingua
ignari iudi-
cent.

iudicet, nisi sermonis Latij benè peritus.
Nam qui leviter tantum, (iam antè de-
nuncio) potissimam non capiet scripti
huius partem.

*Ne rerum
asilium signa*
1.1. Vt nemo, nisi qui rerum etiam
peritus. Non tu aliquis è plebe: non tu
etiam liberalior mea iuuentus. Nam
etsi capere hæc potestis, non potestis
iudicare.

*se quisquam
ropera.*
*totas ad-
untes.*
*Commodè
si interpre-
antur.*
1.1.1. Vt etiam qui viriusque peritus,
cunctanter tamen pronunciet & lentè.
Hoc aut illud offendit? sustine paulli-
sper nigrum calculum, & ad N O T A S
meas diuerte. Nam eas duplici hoc fine
ad finem adieci: vt & ambigua quæ-
dam definirem, & obscuriora illustra-
rem. Quòd si ne ibi quidem tibi satis-
facitur; tamen vt in ludo pilæ, alterius
est commodè mittere, alterius etiam si-
quid erratum est, quàm bellissimè exci-
pere & arte corrigere: sic æqui Lectoris
putabis, flectere quædam in benignio-
rem partem.

Iam

Iam quarta & ultima Calumnia,
non in Rem dirigitur sed in Opinio-
nem: imò & est ab Opinione. cùm
homines scilicet malè acuti & callidi,
sensisse aut scripsisse me volent, quæ per
sonnum non sensi, non scripsi. Peri-
culosum, ita me deus amet, genus: sed
nimis per hæc dissidia ciuilia crebrum.
Referunt pleraque omnia ad unum hoc
æcum: & quæ nos communiter dixi-
mus, sic volunt accipi quasi in Titium
aut Scium dicta. Imò vates etiā agunt,
non lectores: nec sumunt à nobis sen-
sum, sed adferunt, & mentem aliquam
adstringunt ex suâ mente. O angues, ô
viperæ! Fugio vos, fugio: & tamen vix
effugio. nam quid hīc remedij: nisi forte
à votis: quæ ab imo peccatore concipio.
Abite à me Ophiogenes, abite Psylli,
nati venena tantum exsugere librorum.
Vos contrà adeste mites & candidi,
qui parati non impellere lapsantem, sed
benignâ potius aliquâ interpretatione
leuare. Nam ego me labi & errare, non
posse solum fateor, sed debere. Nonne

*Sufficiens
bus premi-
mur.*

*Malum i-
huius sed.*

*Nisi dete-
stamur.*

*Tuvari u-
limum.*

*Et debemus
in hoc mor-
bo.* homo sum? nonne æger sum? ut nihil
mirum, si in tam diutino isto languore
(per eum hæc scripsimus) memoria
etiam & iudicium langueant alibi aut
vacillent. Sed valebit hoc mihi, spero,
ad veniam, in & ad gratiam quoniam

Vt esse Phæbi dulcissimum lumen solet

Iam iam cadentis:

sic nostra debent abeuntium scripta.

*Idem
Troad.*

ORDO



il
e
a
t
1

ORDO ET INDEX
LIBRORVM SINGILLA-
TIM, ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS

Idem
Troad.
DICENDA proponit. Duces duos siue Directores dat ad Vitam ciuilem, Virtutem cum Prudentiam. Vtiusque naturam, & quae adnexa, explicat: & vniuerso operi substernit fundamenta. Seriem Capitum hanc habet.

1. SCORPVS & materies mei scripti. Vita Cibilis definita. Virtus communiter laudata. 11. Pietatis Virtutis prima pars: definita ea, & diuisa in Sensum ac Cultum. Hic de Sensu dictum. 111. De altero Pietatis Membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus. Pluria ad Religionem monita. 1v. Fatum, appendix Pietatis. Quid illud, & à quo sit: quam vim habeat, & quem usum? v. Etiam Conscientia, Pietatis lacinia. Definio eam, diuido, tormentum eius, si mala, ostendo: quietem, si pura. v1. Alterum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hic appellem? Brevia & vniuersalia ad hanc præcepta. v11. Ad Prudentiam transitum, qui Rectorum alter. Necessitas eius ostensa. Definitio posita, & exposita. Partes eius, & utilitas. 11x. Quid gignat Prudentiam: Usus esse, & Memoriam. Quid ea vtraque? Vis & firmitudo illius prælata: sed raritas & difficultas item ostensa. 1x. Memoria rerum siue Historiae, fructus. Facilem hanc, ad Prudentiam, viam etiam ad Probitatem. x. Appendix de Doctrinâ, quæ utique rectori utilis. Quis legitimus usus eius, finis, modus.

LIBER SECUNDVS

DISTINCTE ad rem venit. Imperia parti-
tur, Principatum præfert, & definit. Virtutes
ei attribuit, & seorsim præcipuus ponit.
Seriem Capitum hanc habet.

1. DE Imperio vniuersè dictum. eius necessitas in Societate ostensa, & fructus. 2. Diuisio Imperij. Principatus, prima & optima eius pars, id vatis argumentis ostensum. 3. Principatus definitio. per partes declaratio. & primum, utrius sexus ille sit: 4. Quomodo capiendus Principatus? duos legitimos modos esse, Electionem & Successionem. & de utriusque aliquid disserendum. 5. Initia Principatus plerumque laudabilia: sed id non satis. perseverandum esse. 6. Quis finis, quò actiones omnes Princeps dirigat: Bonum publicum id esse, & seponenda priuata. 7. De via rectâ quam Princeps ingrediatur: & primum de Virtute. ostensum hanc ei, suâ causâ, necessariam. 8. Subditorum etiam caussâ Princi virtutem induendam, & ipsis instillandam: sine qua probus aut diuturnus nullus erit. 9. Subditos probos fieri maxime à Principis exemplo, cuius incredibilis vis in virramis partem. 10. Distinctiùs de Virtutibus Principis dictum. & primum de Iustitiâ, quā ea necessaria: etiam in ipso Principe. 11. Iustitiam administrandam Subditis esse. æquabiliter: temperanter: & sine cuinulo legum remoto etiam litium studio. 12. Clementia definita Princi commendata. quæ amabilem cum, quæ firmum, quæ illustrem facit. 13. Clementia uberioris commendata, sed cum temperie. Abire eam à Iustitiâ leniter: nec tamen solnere vim Imperij, sed vincere lento nodo. 14. De fide adiunctum, quæ Iustitiae origo aut suboles. Ea commen- data, ut columen humani generis. Gloriosam hanc Princi esse. utilem. Spreti ab Etruriâ doctores noui. 15. De

xv. De Modestia præscriptum, quæ Clementia as-
fiderit. Instillata Principi, & in Sensu & in Actione.
xvi. Ex occasione, de Maiestate adnexa laciniâ
quid ea, & quâ, & quatenus paranda? xvii. Minor-
es aliquot virtutes positæ, quæ Principem deceant:
sed sparsim, & breuiter.

L I B E R T E R T I V S

D E Prudentiâ distinctè agit. Alienam primò
Principi commendat: Consiliarios & Admi-
nistros serio format. Seriem Capitum hanc
habet.

i. P R U D E N T I A M Principi pernecessariam.
sine eâ vim & opes inutilia, miscenda esse. sed pri-
mam illam in gubernatione præpollere. ii. Sed
duplicem Prudentiam esse: A se, & ab aliis. illam
opari, hanc contingere. Rarum, imò ~~ad~~. ann̄ esse,
vt Princeps à se vno satis sapiat. iii. Itaque adiu-
tores ei capiendum: idque iudicio. Eos duplices esse,
Consiliarios & Ministros. Qui, & quam utiles illi?
iv. Definiti distinctius Consiliarij. & prima eorum
munera explicata, Probitas & Petitia rerum. denique
ostensi illi, indice famâ. v. Explicatum tertium
munus, vt salubriter consulant. id inclusum quinque
monitorum quasi lineis. vi. Quæ vitanda Consiliarii: & primùm quæ impediimenta & velut vada
bonæ Mentis? Ea quatuor nota. vii. Quæ tur-
bamēta, & velut Scopuli bonæ Mentis? Tres ostensi.
ix. Ipse Princeps qui se gerat in audiendis consi-
liis. Dogmata huic rei. ix. Sernenda occulta
Consilia, & ab Aulæ seruis. x. Dictum de Admini-
stris. & nota triplex, ad quam legi eos oporteat.
xi. Administris ipsis præcepta tradita, eorum tu-
telæ. Primum Minoribus, inde Maioribus. Antici-
tem omnem Potentiam esse in Aulâ.

L I B E R

L I B E R Q V A R T V S

P R V D E N T I A M Propriam ingerit, diuidit:
& de duplice Togata differit, quæ circa res
Diuinas versatur, & quæ circa Humanas. Ple-
raque omnia quæ firmando aut infirmando
Regno sunt, nouâ nec adhuc usitatâ methodo
proponit. Seriem Capitum hanc habet.

I. P R O P R I A M Prudentiam, id est eam quam
inesse Principi volumus, præceptis difficile alligari.
Latè fusam esse, Instabilem, & Obiectam. Itaque
aliquid de eâ, non plenè, à nobis præcipi. 11. Di-
uina Prudentia Propria in Togatam, & Militarem.
Illa rursus, in Humanam & Diuinam. De hac osten-
sum, curam Principi esse. Vnam religionem reti-
nendam ei, & defendendam. 111. ~~D~~omina religio-
ne amplius que stune. Nonquante diuidit facti
populi saltu in tempore, id quo quodam tempore vede-
re. 1v. An upiendi singuli & quicquid rebus an-
extrahendi & persequiendi Neutram h intentum qui-
dem hat. Ex istu videtur. Doctoris magis hic opus,
quam oratio. v. Transitum ad Prudentiam in
Humanis. Huic duo fontes reclusi, Ingenium Populi
& Regni. De priore dictum: & per indicem exposta
Natura vulgi. vi. Fons alter reclusus, Ingenium
regum & regni. Duo hic considerata, quæ Commu-
niter conueniunt, & quæ Distincte. vii. Præcepta
nunc ex hisce fontibus petitâ, & primum vniuersè
positâ, quæ firment Regnum aut violent: mox di-
stincte de Vi dictum. Opus Regi Custodes, Milites,
Arcess, aut potius Colonias. viii. De Virtute dupli-
ci, seruatrice Regnorum. Benivolentia populi com-
mendata, & ostensa triplex ad eam via. ix. Auco-
ritas commendata valde. Tria ostensa, quæ ad eam
ducunt, in quibus quia Imperij præcipua vis est, ac-
curatè & enucleatè de his dissertū. x. Ad ea transitum
quæ

qua^e Vertendo regno faciunt : in quibus prima , Vis
est. Ea duplex ostensa : Insidia & Proditio. Vtraque
quomodo cauenda, aut punienda, ostensum. x 1. De
Vitio duplici, euerfore regnorum. Primum de Odio:
cuius pestis subiecta oculis. Fugienda qua^e du-
cunt : imo & imago eorum. qualis est in Suppliciis,
Tributis, Censurā. In his singulis quomodo se gerat
Princeps, dictum. x 11. Definitus & vituperatus
Contemptus. Ostensa qua^e illum gignunt ; à rege, si
sapiet, fugienda. x 111. Quæstum an Prudentia
mixta locum apud Principem habeat : id est ea in
qua^e fraudes. Dictum, & dictum aliquem habere.
x 1 v. Quomodo, & quatenus fraudes admittend. r
Triplex eorum genus factum. & distincte aliae in
Regnum receptae, aliæ exclusæ.

L I B E R Q V I N T V S

D E Militari Prudentiâ agit. eam in Bello du-
plici elucidere ostendit : & primum ac potissi-
mum, in Externo. Que Militum, que Ducum
munia ; que Consilia in bello usui sint, docet.
Seriem Capitum hanc habet.

i. T R A N S I T I O ad Militarem Prudentiam,
cum excusatiuncula aliqua mei , quod de ea dispe-
ram non miles. ii. Prudentia hæc pars commen-
data Principi: quæ necessaria ad tutelam salutemque
regni. iii. Materies & ordo dicendorum. Bel-
lum Externum definitum, & remota ab eo susci-
piendo Injustitia. iv. Ordine & parrite posita, quæ
ad Iustum bellum requiruntur : & maxime , quibus
id causis capiendum. v. Temeritas remota à bel-
lorum initis : & summatim , quæ in susceptione
omni cogitanda sint. vi. Ad Gerendum bellum
tria requisita. Primò Apparatus triplex , Pecunia^e,
Commeatum, Armorum. vii. Milites terrestri
quidē Bello necessarij, duplices: Equites, peditesque.
quæsi

quæ situm breuiter, vtrorum maior usus. i i x. Utroque bonos esse debere: alioqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos dupliciter, Dilectu & Disciplina. Ea neglegi hodie, & super hac re iusta veraque querela. i x. De Dilectu cœptum dici, sed primò quæsitum, Exteri an Domestici præferendi? nos istos censemus, cum caussa. x. Obiecta & reiecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur. Hunc Regum esse, illum Tyrannorum. x i. Qui legendi in milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidiarios, atque utriusque scorpius descripti. x i i. Verè cum Dilectu utriusque capiendi: & Notæ quinque ordine posite, germanæ in milite virtutis. x i i i. De Disciplina vera & severa dictum. Ea laudata, partes eius (id que docendi caussa) quatuor factæ. Singulæ explicatæ. x i v. Transitum ad Duces. Eos necessarios, non solum utiles. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quam Virtutem spectari, & unum in uno bello esse debere. x v. Boni Ducis ~~receptio~~ siue Notæ, quinque eas videri: quas ordine explicamus. x vi. Consilia necessaria bello esse. Eorum specimen siue gustus; itemque monita, quæ usui Ante pugnam, & In pugna. x v i i. De callidis Consilii siue Strategematis: An uti iis ius & fas? Nostra sententia, non utilia ea solum, sed gloria. x i x. Quid post Pugnam faciendum videatur: & in Victoria, siue Clade, quomodo Princeps salubriter & decorè se gerat. x i x. Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primùm illuc inclinamus eos, qui Victi: sed ad Tutam & Bonam. x x. Victores ad Pacem prouocati, argumento triplici: quia id Decòrum, Utile, Turum, atque adeo ad Pacem mitem, sed cum exclusione fraudis. Pro ea auctor ipse Pacis inuocatus.

LIBER. SEXTVS

CIVILE bellum tangit & detestatur. caussas eius, & in eas remedia, satis diffusè explicat. Finiri id suadet & vouchet. Seriem Capitum hanc habet.

I. AD Civile bellum ventum. & eius miseria breuiter oculis subiectæ. II. De caussis Civilium bellorum. Ex factæ duplices, Longinque & Propinquæ. Prius de Prioribus dictum. III. De caussis Propinquis belli Civilis. Ex tres. Factio prima est: eius perniciies in omni statu. & sintne dissidia yngquam usui: IV. Caussa altera è Propinquis, Seditio. eius Origo, Progressus, Remedia, distinctè explica-ta. V. De Tyrannide. quid ea sit, & eius ingenium? mala subiecta oculis: quæstumque, tollenda ea an toleranda? VI. Quæstiuncula per occasionem inserita, An misceat se bellis Civilibus vir bonus? utrumque ea agitata: & cum discrimine aliquo personarum definita. VII. De Finiendo Civili bello. & Operis mei finis.

AVCTORVM SYLLABVS.

A VCTORES uno aspectu, si libet, vide, & quorum scriptis hoc Opus. Inter eos eminet CORN. TACITVS extra ordinem dicendus: quia plus unus ille nobis contulit, quam ceteri omnes. Caussa in Prudentia virtus est, & quia creberrimus sententius: atque etiam quia familiaris nobis, & offerebat se non vocatus. Ceteri in classe duplice. Quorundam verbis frequentius & libenter utimur: uti sunt isti:

E LATINIS: E GRÆCIS:

C. Sallustius	Q. Curtius	Aristoteles
T. Livius	C. Plinius junior	Thucydides
Antrius Seneca	Fl. Vegetius, sed in maturing milia: t.	Plato
M. Cicero		Xenophon.

Alicrum

Aliorum rarius: uti sunt isti

E L A T I N I S

Acta Apostolorum	Ecclesiasticus	Petronius
Adagia	Ecclesiastica Historia	Plautus
Æmylius Probus	Eusebius	Plinius senior
Afranius	Festus Pompeius	Porcius Latro
Agellius	Florus	Propertius
Ambrosius	Frontinus	Prouerbia Salomonis
Ammianus Marcellinus	D. Gregorius	Publius Mimus
Apuleius	Guil. Neubrigensis	Quintilianus
Attius	Horatius	Seneca Tragicus
Augustinus	Ieremias	Silius Italicus
Ausonius	Isidorus	Statius
Bernardus	Iustinus	Suetonius
Boëthius	Iuuenalis	Terentius
Cæcilius	Laetantius	Tibullus
Cælius ad Cicero-nem	Lampyridius	Titinius
Cæsar	Lucanus	Valerius Flaccus
Capitolinus	Lucretius	Valerius Maximus
Cassiodorus	Manilius	Varro
Cato Censorius	Martialis	Velleius
Claudianus	Origenes	Virgilius
Columella	Ouidius	Vlpianus
Corn. Nepos	Pacuvius	Vopiscus
Cyprianus	D. Paulus	Vulcatius.
	Perthus	

E G R E C I S

Adagia Graecorum	Epicharmus	Mercurius Trismegistus
Æschylus	Euripides	Philo Indicus
Appianus	Eusæthrius	Piædarnus
Archilocheus	Gregorius Nazianzenus	Plutarchus
Aristophanes	Herodotus	Polybius
Basilus	Hesiodus	Serenus
Callimachus	Homerus	Sophocles
Democritus	Iamblichus	Stobæus
Demetrius	Iſocrates	Synesius
Dio Cassius	Lucianus	Theocritus
Diogenes Laertius	Menander	Theognis.
Diodorus Siculus		
Diphilus		

I

Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q
Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q
Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q Q

I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
S I V E
C I V I L I S D O C T R I N A E
L I B R I P R I M I

C A P V T I.

*Scopus & materies mei scripti. Vi-
ta Ciuilis definita. Virtus com-
muniter laudata.*

VI T A E Ciuilis iter quî recte
ineas, recte peragas, præci-
pere mihi est animus : nec
id meis, sed veterum mo-
nitis, imò & verbis. Tu mihi dux ma-
gne Deus: & manum hanc mentemque
dirige, ut salutaria videam, dijudicem,
promam. Vitam Ciuile definio, Q V A M
I N H O M I N V M S O C I E T A T E

Quid Vita
Ciuitatis.

A

MIXTI DEGIMVS, AD MVTVA
COMMODA SIVE VSVM. Huic
duos Rectores tribuo, Prudentiam &
Duo ei ne-cessaria. Virtutem. illam ex plurium mente: sed
Prudentia & Virtus. & hanc ex meâ. quia ciuem verè bonum
nullum arbitror, nisi & vitum. Sine Vir-
tute, Calliditas ea sit & malitia, & quid-
libet potius quam Prudentia. cuius
clausus etsi propriè Vitam Civilem di-
rigit, non tamen sine usu & auxilio il-
lius magnetis. Igitur de Virtute iure
præmittam, quæ

*Virtus, fo-
tius homi-
nis.
Ea non in-
terit.* Proprium hominis bonum. Tac. i v.
Hist.

Cætera humana percunt, & dinitia-
rum & forme gloria, fluxa atque fragilis
est: Virtus clara æternaque habetur. Sallust.
Catil.

*Cateriu om-
nibus pre-
eminet.* Hoc unum cōtingit immortale mortali. Sen. Epist.
xcix.

*Bona om-
nia cōtinet.* Itaque iure, quæ homines arant, nau-
gant, edificant, Virtuti omnia pārent: Sallust.
Catil.

*Famil.arii
natura.* Nam ea omnia in se habet, omnia ad-
sunt bona, quæcum penes est Virtus. Plaut.
Amph.

*in omnium animos lumen suum immittit.
etiam qui non sequuntur eam, vident.* Nec aliena à nobis, vltro se ingerit, &
Seneca
lib. iv.
De Benef.

Obuia

Idé Conf.
ad Polyb.

Obuia eadem & facilis, *in medio po-*
sita neminem dignatur, qui modo se di-
gnum illâ iudicauerit.

Exposita.

Cornific.
ad Heren.

Confugiamus igitur ad hanc, ut in *Asylum in*
asylum. quia sola ea quieta, tuta, & in
tuvi.
suâ potestate est. omnia, præter eam, sub-
iecta fortunæ dominanti.

Seneca
Epist.
cxiii.

Aduersus virtutem autem hoc possunt
calamitates, & damna, & iniuriæ, quod
aduersus solem nebula potest.

CAPUT. II.

Pietas Virtutis prima pars. definita
ea, & diuisa in Sensum ac Cul-
tum. Hic de Sensu dictum.

HANC in duos vélut ramos diui- *Virtutis di-*
do, Pietatem & Probitatem. Illa- *uisio.*
est, RECTVS DE DEO SENSUS, *Quid Pie-*
RECTVS IN DEVVM CVLTVS. *tatu.*
Duobus enim his Pietas constat; sine *Eius duo*
altero, mutila aut manca. Nosse ante *membra.*
omnia summum illud numen (qua-
tenus homini datum) oportet: & co-
gnitum, piè pureque venerari. Vtrique
Sensus, &
Cultus.

rei vera lux à sacris literis : sed & in profanis sparsas quasdam scintillas video : quas colligam. De Sensu, istas.

Sensus, totius pietatis instium.

Illum necessarium : quia deo optimè existimare, pietatis est exordium.

August.
lib. 1. De
lib. arbit.

Deus unus.

Constat igitur tibi, *Vnum esse regnatum omnium deum.*

Tac. v.
Hist.

Eternum.

Ita appello *Summum illud & aeternum, neque mutabile, neque interitum.*

Ibidem.

Descriptio eius.

Quem in parte descripsierim (infinitum enim illud quis definit ?) M E N T E M solutam quandam, & liberam, segregatam ab omni concretione mortali, omnia sentientem & mouentem, ipsamq; præditam motu sempiterno.

Cic. 1.
Tuscul.

Periculoso- sum, riua- ri.

Nec plura addam : quia deo etiam *Cyprian'* in Symb. vera dicere periculosum est:

Qui melius scitur, nesciendo.

August.
lib. 1. t.
De Ord.

Potentia di- suina.

Effectus tamen eius & affectus (si ita appellare fas) licet ingeram, amori tuo & admirationi. Ille maximus est:

-- immensa est, finemque poten- Ouid. iii
tia cœli Metam.

Non

*Non habet, & quidquid superi voluē-
re, peractum est.*

*Ille iustissimus. & Θεος ἡδαπή ἡδε-
μως αἰδίνος, ἀλλ' ως οἴοντες δικαιότατος:*

Plato in
Theceto. *Deus nusquam & nunquam iniurius,
sed quantum potest iustissimus.*

Ouid. xiii
Metam. *Aspiciunt oculis superi mortalia
iustis.*

Seneca
Epist.
lxxiv. *Ille arbiter & inspector operum, con-
siliorum, mentium. Nihil deo clausum est. Arbiterum
interest animis nostris, & cogitationibus præsencia.
mediis interuenit.*

Plaut.
Capt. *Est profecto deus, qui quæ nos ge-
rimus, auditq; & videt.*

Boër. de
Consol. *Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere Solem.*

Sallust. ad
Cæs. *Nec inspector solum, sed iudex idem & vindicta. Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine inuisi; neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberis, sed ex natura diuersa præmia bonos malosq; sequi.*

Guberna-
rio.

Hic qui gubernat omnia:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Horat. III.
Odar.

Ventosum, & urbes, regnaque tristia.

*Nec enim secura quies illum, similis-
que sopori*
Ouid. I.
De Arte.

Detinet:

*Sed ille est, qui viget, qui sentit, qui
meminit, qui regit & moderatur.*
Cic. in
Somnio.

*Ignorantia
horum causarum
scelerum.*

*Hæc talia non fas solùm, sed necesse
tibi scire: quia reuerà*

*-- primæ scelerum causæ morta-
libus ægris*
Silius IV.

Naturam nescire deum.

*Credenda ta-
men plura,
quam scie-
da.*

*Sed scire temperanter. quoniam &
hoc verum, Sanctius ac reuerentius esse,
de actis deorum credere quam scire.*
Tacit. in
Germ.

C A P.

CAPVT III.

De altero Pietatis membro, Cultu.

Is definitus, & duplex factus.

Pluria ad Religionem monita.

DE Cultu insequor. qui non aliud,
quam COGNITI NVMINIS Quid Cul-
VENERATIO, CERTIS LEGI-
BVS CERIMONIISQ. DEVIN-
CTA. Coli enim postulat, & huic fini
homo natus: idque cultu duplice, Inter- is duplex.
no, Externo. Ille est, qui *in animo & ex Internus.*
animo, deo vero preces concipit, laudes,
grates. Iste, qui hæc eadem, per ritus & Externus.
gestus, expromit. Totum istud, nec male,
Religionem vulgo appellamus: de quâ
fana quædam à non sanis hæc habe.

Magnum eius in animos imperium.

Religione enim vita constat.

*Imperiosa
religio.*

Cit. v. in Plin. lib.
xi v. Nat.
Hist. **Omnibus**
Veir. *Omnes religione mouentur, & deos pa-* caria.
trios quos à maioribus acceperunt, colen-
dos sibi diligenter & retinendos arbi-
trantur.

Itaque qualiscumque ea hausta, ægrè

Pernicaciter
infidet.
educitur. quoniam sua cuique optima
videtur; ut quae non ratione, sed affectu
diudicetur à singulis.

Philo
Iud ad
Caium.

Optima ea
habenda om-
nibus.

Hæc publicè & priuatim habenda.

Omnia enim prospéra eueniunt colentibus
deos, aduersa spērnantibus.

Et in omni
serie.

Idque in vtrâque fortunâ. & viden-
dum, ne ritus sacrorum inter aduersa culti,
per prospéra oblitterentur.

Tac. x. i.
Annal.

Sed carpa
supersticio-
nem.

Sed habenda cum modo : ne fiat
illud, Gens superstitioni obnoxia, religio-
nibus aduersa.

Idem v.
Hist.

Ad p̄sum
relinquam
sue tradi-
mūr.

In quam naturæ vitio nos proni : ~~89~~
trahunt etiam iuxta quibus questas sive
capti superstitione animis

Liu. lib. xv.

Telum hoc
ad regendū.

Ne cùmpediunt potentes. quoniam,
ut iudicant, nullæ res multitudinem effi-
cacious regi, quam supersticio.

Curt. lib.
1 V.

ad tornē-
um in qui
abent.

At tu fuge, nam superstitione qui est
imbutus, quietus esse nunquam potest.

Cic. l. de
Finib.

Imor, eius
vita.

Discrimen hoc habe : Deos à religioso
vereri, à superstitione timéri.

Varro a-
pud Aug.
De ciuit.
lib. v. 1.

Pla

Apule-
gel. lit.
cap. L

Cic. I.
Natur.
deor.

Seneca
apud
gust. I.
de Ci-

Ibide

Cic.
Diu

Placeat ille versus, sed saniter in-
tellectus: Spernenda
nobs.

Apud A-
gel.lib.iv.
cap. ix.

*Religentem oportet esse, religiosum
nefas.*

Cic. De
Natur.
deor. II.

In Cultu ipso, ad interna semper Intrò reno-
canda rela-
gio.
præuertere; & cense, *Cultum deorum* at-
esse optimum, eundémque castissimum at-
que sanctissimum, ut eos semper purā, in-
tegrā, incorruptā & mente & voce ve-
nereris.

Aureum tibi dictum imprimo: Opti- Es animus
excoledans.
mus animus, pulcherrimus dei cultus est.

Nec sic, vt externa omnia spreue-
ris. et si pleraque ex iis, vt ille quidem Sine Ritu
alium tam
mē abieci.
vult, magis ad morem quam ad rem per-
tineant:

Ibidem. Nam sapiens seruabit ea tanquam le- Siqua legi
bus aut m
ribus iussa.
gibus iussa, non tanquam diis grata.

Cic. de
Diu lib. II.

Nisi si planè impia. aliâs, religioni
parendum est, nec patrius mos contumac-
citer repudiandus.

In verbis etiam aut quæsiunculis Non in sub
tilitate ra
ligio.
ne minimum mihi pruri, ad facta abi:

quia Christianorum omni religio sua
sceleris & sine macula vivere.

Lactant.
lib. v.
cap. ix.

Sed in fa-
lla.

Moscerilleum Egypti in monte qui
deinde cuiusque magis oculis quam antri-
bus credit.

Apud Ruf-
fin. Eccl.
Hist. lib. 11.
cap. vi.

Capitalis in-
sermo.

Sed abstineo & Plato nem insuffi-
rante audior. ut de oī ἀρχαί τε καὶ τέλοις
difficiles & cum discriminē, hi sermones.
Quod oraculum, in hoc quidem anno

lib. de
Rep. in
hac insla-
re.

C A P V T III. *

Fatum, appendix Pietatis. Quid
illud, tamen à quo sit? quam vim
habeat, tamen quem usum?

PIETATEM seui. pango nunc duos
surculos, qui sub arbore hac, immo
ex eâ nati: Fatum, & Conscientiam.
*Fati origo
x Sensu.* Quorum illud, ex Sensu: hæc, ex Cultu
originem clare ducunt. Si enim gubernat & dirigit deus, prouidet etiam &
decernit. idque æternus ipse, ab æterno
in æternum. hoc autem est Fatum:

Quid sit

Cuius lege immobilis rerum humana-
rum ordo scriitur.

Liu. lib.
xxv.

Nec

Sen.
Qua.
Nat.

Vale.
Flac.
Arg.

Cic.
de D.

Cu.
lib.

Nec id aliud (ut non nemo etiam
è priscis sensit) quām SANCTIO
ET * VELVT VOX DIVINÆ
MENTIS.

* August.
vide lib. v
de Ciuit
cap. ix,

Stat. 1.
Theb.

-- graue & immutabile sanctis
Pondus adest verbis , & vocem
Fata sequuntur.

Tac. i. v.
Annal.

Nam quod alij Fatum quidem con-
gruere rebus putant , sed è vagis stellis ,
alij apud principia & nexus naturalium
caussarum:

*Quis au-
tor eius?*

Sen. 11.
Quest.
Nat.

Delirant. nos à causâ principe id pe-
timus : id est , deo . ex quo suspensa sunt
omnia , à quo sunt omnes caussæ caussarum .

*Nempe ip-
deus.*

Valer.
Flac. 1.
Argon.

-- Condita pergunt
Ordine cuncta suo , rerumque à
principe cursu
Fixa manent.

Cic. 11.
de Diu.

Mihil quidem sedet (pio illo sensu)
ab omni eternitate fataliter omnia desi-
nata.

*Va eius
humana.*

Curt.
lib. v.

Ecclaudant licet , quibus forte ac teme-
rè humana negligia polui agisque persun-
sum est : equidem aeterna constitutio
credide

crediderim, ne xūque causarum latet jam
& multo ante destinatarum, suum quaque
ordinem immutabili legi pereurrere.

Cui constitutioni humana omnia
subiecta.

Fata regunt orbem: certa sunt omnia. Manil. iv.
Hercules i.
nra lege.

Etiam actiones, & quæ circa eas
tempora dico, & modos.

-- maner hæc ubi origine mundi. Stat. III.
Tiber.
Fixa dies bello populique in præ-
lia nati.

Quin ipsi homines, tamen in par-
te. Hartig. si. M. Tullius.
Trist. cap. 3. 1. F.
Remand.
seus, neq; p. 300. itaq; mete. Com. Omnes
mortales fato subiciuntur, & initio &
mutatione.

Adeo ut nullis consiliis vel auxiliis
id vitemus, aut mutemus. Nec consilio Apul. M.
am. 12.
prudenti, nec remedio sagaci divinitate, pro-
uidentie fatalis dispositio subiungi vel re-
formari potest.

-- Tantumne aliquis sibi posse videtur Quid. 1. x.
Metam.
Fata

volan-
s enim
unia.

a pruden-
tia omnis
natur.

Tac.
Hist.

Hero-
ratus i.

Sua-
lib. v.

Vale-
Maxi-
lib. 1.
V. 1.

Velle-
lib. 1.

Fata quoque ut superet?

Nec si prædictitur quidem. Nam quæ
fato manent, quamvis significata non vi-
tatur.

*Nec vitatur
vita moni-
tu.*

Tac. I.
Hist.

Herodo-
tus. ix.
anil. iv.

Græcus ille recte: Ζεῦ, οὐ τοῖς γε-
γόδις ἐν τῷ δέσμῳ, αὐτοὶ πορτεῖται οὐ-
θεοποιοί. καὶ τὸ μὲν λέγοντος εἰδέλθων
τοῦτος εἶδε: Οἱ ξεῖνοι ποιῶντες δι-
tingere ἀρέτην, ὁμοία σε nullū τούτοις δισ-
pelleται: ac ne τινας τοιαῦτα quidem dicentibus
fidem habebit.

Non si monstrant eum monstant aut *Aut prodi-*
gunt.

Silius
lib. v.

Heu vani monitus, frustra, mo-
rantia Parcas!

Valer.
Maxim.
lib. i. cap.
v.

Prodigia! heu fatis superi certasse
minores!

Inniuste enim leges necessitatis, pectus
etiam ab amentia rematum, prodigia iusta
estimatione perpendere non patientur.

Velleius
lib. vii.

Mentem felicet tuas hominibus
adimit supera illa Mens: quæ cuiuscum-
que fortunam mutare constituit, consilia
corrumpt.

*Tac. I. ap-
mente seu
admit, au-
obnubilit.*

Videmus

Videmus ipsi cottidie, manum iny-
cientibus fatis, bebetari sensus hominum
& obtundi.

Ammia-
nus Mar.
lib. xiv.

Græco-
Adag.

Tac. i.
Hist.

Liu. v.

Adag. vi.
causa cinti
nobis vi-
leatur.

Ita efficitur, quod est miserrimum, ut vel civis
quod accidit, etham merito atq[ue] diffi-
cileatur, & casus in culpm transierit.

Adnecto Amplius. Fugiendo in re-
dia sepe fata ruitur.

Liu. ix.

-- Multi ad fatum
Venere suum, dum fata levant.

Sen. Ep.
Oct. 45.

-- Multos in summa pericula
misit.

Lucan.
VII.

Venturi simus ipsi malis

Sen. I.
Prouinc.

tem tamē
suscendi in
ac cymbā,
eo ad clā-
ū sedente.

Quid ergo? inquires. nihil agam, &
permittam omnia fatis? Stulte. imo
viam inibis quæ ad fata ducit: & hoc
quoque ex fato. Felicia illa vis: allabo-
ra. Non enim votis neque suppliciis mu-
liebribus auxilia deorum parantur. vigi-
lando, agendo, prospere omnia cedunt.

Sallust.
Catil.

Sen. Ep.
CIX.

mauosit
erunt.

Nec exspecta, nihil agenti in sinum
de cœlo denolaturam Victoriam aut For-
tunam esse.

Geoi

Liu. vii.

Thucy-
d. lib. II.
in ora
Peric.

manus.
Mar.
XIV.

Grecor.
Adag.

Θεοὶ ταῖς τοῖς πόνοις πωλεῖν : dīj
bona laboribus vendunt.

Tac. i v.
Hist.

Et hac mente verum , Deos fortiori- Fortes in-
bus adesse. uat.

Liu. v l.

Simile in tristibus. Dīj prohibebunt
hēc , inquies. sed nunquam propter te de
cālo descendant : tibi dent mentem opor-
tet , ut prohibeas.

Sen. De
Proud.

Nec plura de grandi hoc profundo:
quod tentandum semper homini , nun- Quis à
quam explorandum . Tībi quis hīc Fati nōtūs
fructus ? iste , ut verē pius sis , & fata se- finētus ?
quare ; id est deum. Quid enim est viri Præcipua ,
boni ? præbere se fato. patientia.

Thucyd.
lib. ii.
in orat.
Peric.

Φέγειν τε ξενί τά τε δαμόνια αὐτοκαίσαρες ,
τά τε δόπο τῶν πολεμίων ἀνδρεῖας : Fer-
re quæ diuinitus immittuntur , necessario
oportet : quæ ab hostibus , viriliter.

Sen. Epist.
clix.

Optimum est pati quod enendare non
possis : & deum , quo auctore cuncta eue-
niunt , sine murmure comitari . Malus mi-
les est , qui Imperatorem suum gemens
sequitur.

CAPVT V.

Etiam Conscientia, Pietatis lacinia.

*Definio eam, diuido. tormentum
eius, si mala, ostendo: quietem,
si pura.*

*Conscientia
à Religione
oritur.*

*Et vix ist.
Ipsi non illa.*

*Definitio
eius.*

Divisio.

IA M & Conscientia, vt dixi, Pieta-
tis suboles est: & origo ei palam à
radice Cultus. Vbi enim ille floret &
vigeret: hæc pariter, vbi arescit &
languet: etiam ista. Quin vbi nulla religio
aut diuinus metus; exiguum in animo
huius germen, & à malâ terrâ velut op-
pressum. Est autem Conscientia, R-
E-
LIQVA IN HOMINE RECTÆ
RATIONIS SCINTILLA, BO-
NORVM MALORVM QVE FA-
CINORVM IVDEX ET INDEX.
Igitur & bipartita ea, Approbatio sci-
licet, & Opprobratio: illa in benè, hæc
in secus factis. Sed istius vis (vt vita &
vitia sunt) creberima; ideoque férè
obtinuit, vt hæc pars veniat in generis
sui nomen. Nam Conscientiam vulgo
appel

Cic.
Clue-

Orige-

Tac.
Annal-

Sene-
Epist.
xci

Cic.
Milon-

Bias
Stob.

appellamus, VIOLATI NVMINIS AVT PERPERAM CVLTI TRISTEM COGITATIONEM ET MORSVM. Qui sensus infixus homini; & viuit quamdiu ille, non vi extinguedus, non fraude.

Cic. pro
Cluent.

Conscientiam à diis immortalibus acceptimus, quæ diuelli à nobis non potest.

Origenes.

Vtiliter autem ea data, ut corrector Vtilius homini
ni in peccata. affectuum & animæ paedagogius.

Tac. xiv.
Annal.

Flagrum post peccatum: quia perfecto demum scelere, magnitudo eius intelligitur.

Seneca
Epist.
xcix.

Frænum ante peccatum: quia *infixa nobis eius rei aduersatio est, quam natura damnavit.*

Cic. pro
Milone.

Et magna sanè vis eius est in utramque Actio &
violenzia. partem; ut neque timeant *y* qui nihil ad miserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccauerunt.

Bias apud
Stob.

Itaque bona illa, semper *mein dñe in solatium.* tua est:

Imò in gaudio. & vis nunquam tristis esse? bene vine.

Ifid.
Soliloq.
lib. II.

Mala, in
tormetum.

Mala autem etiam in solitudine anxia & solicita est.

Seneca
Epist.
XLIII.

Potest enim nocenti contingere ut latet, latendi fides non potest.

Epicurus
apud Se-
nec. Ep.
XCIX.

Et quî celes?

Nocte dieg, tuum gestas in pectore iuuenialis.

Tessera nō
fallax.

Qui non fallit, non fallitur. & ex oraculo hoc est: *Sunt cuique animus ex conscientia spem præbet.*

Sallust. ad
Cat.

O te miserum, si contemnis hunc testem!

Seneca
Epist.
XLIII.

Carnifex
apudum.

Imò & Tortorem. Vrit enim, cædit, lancinat: eò grauius, quia sine morte. Græcorum adagium verum: οὐ οὐείσθοις τῷ φυχλῷ πλήνται: conscientia antimūm verberat:

Endefissus.

Et quidem assiduo illo & surdo vēbere. Namque animus impurus, diis hominibūsque infestus, neque vigiliis neque quie

Sallust.
Catil.

Plin.
III. I.

Cic.
ad At
lib. x.

Aug.
De ci

quietibus sedari potest. Ita conscientia
mentem excitam vastat.

Plin. lib.
111. Ep.
Sic tamen hodie viuitur, ut multi fa-
mam, conscientiam pauci vereantur.

Cicerio
ad Attic.
lib. xiii.
Aliter vir bonus, cui fixum in omni
vitâ transuersum unguem à rectâ con-
scientiâ non discedere.

Aug. xxii.
De ciuit.
Etiam tibi: qui hoc imbibe, Tran-
quillitate conscientiæ nihil excogitari bea-
tius posse.

*Quæ tem-
nunt tamen
quidam.*

*Nunquam
vir bonus.*

CAP V T VI.

Alterum Virtutis membrum, Pro-
bitas. Quid eam hic appellem?
Brevia & coniuersalia ad eam
præcepta.

R A M V S Virtutis mihi alter su-
perest, Probitas: quem tamen leui
dolabré expolio, quia in hoc Ciuiti
ædificio propriè non ei locus. Ad mo-
rale pertinet. nec Probitatem aliud hîc
intellego, quam RECTAM IN MO-
RIBVS ET ACTIONE OMNI
VITAM, EX HONESTI NOR-

*@mid Pro-
bu. a?*

Pietatis ea M A. Mihi tamen non omittenda, ut
necessitatem videoas: & quia Pietati ad-
nexa ea, aut verius innexa. Sine mori-
bus Pietas, quidquid vultu, voce, calore
præferas, vana est, imo nulla. Ut poma,
in Iudæâ, non poma nascuntur, quæ cō-
tacta in fumum abeunt & vaporem: ta-
lis verbosa illa Pietas, sine vitali hoc
operum succo. Iure ergo mores ama,
quisquis amas illam, & factis magis,
quam specie; seriò, nec ad pompam.

*Interna pro-
bitas, sola
proba.*

Esse quam videri, probus malis.

Sallust. in
Catil.

Et cum laudato illo Catone, nun-
quam rectè feceris, ut fecisse videaris.

Velleius
lib. II.

*Et spernen-
dis fuci.*

*Conscientia virtuti satis amplum thea-
trum est.*

Ciceror

Non tu mihi inter claros magis, quam
inter bonos.

Tac. i v.
Hist.

Non inter eos, quos ambitio falsos
fieri subegit, magisq; vultum quam inge-
niūm bonum habere.

Sallust.
Catil.

*Opes no-
mu amada.*

Opes quid curas? Fortunam velut Apul. in
tunc Apol. I.

Senec
Epist.

Tac. 2
Anna

In Ag

Sallust
Frag.

Tac. I
Hist.

Sallust
Iugur

Individ

Individ

Individ

tunicam, magis concinnam proba, quam longam.

Seneca
Epist.

Quid cultum aut corpus? Honestum Non corpua.
ei vile est, cui corpus nimis carum est.

Tac. xv,
Annal.

Tu à te laudem tibi sume; internâ veraque virtute, non specie inanum validus.

In Agr.

Esto mihi cultu modicus, sermone facilis.

Sallust. in
Frag.

Ore probo, animo verecundo.

Pudor in-
duendus.

Tac. i v.
Hist.

Opum contemptor, recti pericax, constans aduersum metus.

Cum con-
stantia.

Sallust.
Iugurth.

Vnius animi cultor: qui dux atque imperator vitæ mortalium,

Animus
solus colen-
dus.

Indidem.

Rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.

Qui ma-
gnus.

Indidem.

Præclara enim facies, magnæ diuitiae, qui ater-
ad hoc vis corporis, & alia huiusmodi
omnia breui dilabuntur:

Indidem.

At ingenij præclara facinora, sicuti
anima, immortalia sunt.

CAPVT VII.

*Ad Prudentiam transitum, qui Re-
ctorum alter. Necesitas eius ostē-
sa. Definitio posita, & exposita.
Partes eius & utilitas.*

Prudentia
vir utem
psā dicit.

VI AE tuę Duce vnum habes, Vir-
tutem : adiungo nunc alterum,
quem Prudentiam dixi. Is non tuus so-
lūm, sed si inspicis, Virtutis ipsius rector.
certe director. Sine prudentiā enim quæ
potest esse virtus?

Quæ sine
a, hand
cita.

Plato verè ait, οὐδένας μόνος ἡγε-
τας τὸ δρῶς περιέχει: Prudentia sola p̄reit
& dicit ad recte faciendum.

In Me-
nōne.

Et Sophus alter: εἰς οἴοντες αἴσθοντος εἴς
κυρίως, αὐτοὶ φεγνήσεως: fieri non potest
ut quisquam verè probus sine Prudentiā
audiat.

Arist. v.
Ethic.
cap. v.

Causa hæc. quod Virtus omnis in
Electione & Modo est: non hæc sine
Prudentiā: ergo nec Virtus. Atque ut ar-
chitectis opus nullum recte processerit,
sine

Arist.
Iamb.

Tacit.
Anna.

Arist.
Ethic.
cap. v.

Plato
cib. i.

sine libellâ & linea: non item nobis, sine
normâ hac directricc. Quam definio,

INTELLECTVM ET DILECTVM Quid Præ-
dental?
RERVM, QVÆ PVBLICE PRI-
VATIM QVÆ FVGIENDÆ AVT
APPETENDÆ.

Intellectum dixi. quia hæc est quæ Sagacitas
eius.
videt omnia: ideoque ὄμνα τὸ Φυχῆς,
oculus animæ, iure dicta.

Dilectum addidi. quia eadem, quæ Discretio.
seligit: & recto iudicio, honesta ab deter-
rioribus, utilia ab noxiis discernit.

Priuatim etiam & Publicè, inserui.
quoniam species eius velut duplex, Do-
mestica & Ciuilis: quarum illa sibi, hæc
aliis prodest. Φρόνιμος διόμεται εἴη, οἱ
τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τὰ τοῖς αὐθεόποιοις
διώσαντες θεωρεῖν: Prudentes censemus, qui
ea, quæ sibi, quæq; hominibus conducunt,
possunt despicere.

Plato Al-
cib. 11. Φρόνιμόν γε φίσομόμ, διποχεώντα ξύρ-
ελον οὐαὶ αὐτὸν αὐτῷ καὶ τῇ πόλει: Pru-
dentem dicemus, sibi & reipublicæ consu-
lere potentem ac validum.

*Ars &
norma
vita.* Itaque usus eius multiplex. & recte
ille, qui dixit, *Artem vivendi esse Pruden-* CIC. v. de
tiam, ut medicinam valetudinis. Finib.

*Munia
eius.* Hæc enim est, quæ præsentia ordinat, *Auctor li-*
futura prouidet, præterita recordatur. *bri de i.v.*
Virtut.

Vt quis. Hæc quæ fallere non vult, & falli *Idem.*
non potest.

Cui omnia subiecta:

Απαντά δέλα τοι φεγγίν ναθίσα. Menæder.
Famulatur omne, quidquid est, Pru-
dентіа.

Etiam ipsa Fortuna. nec vanè di-
ctum,

Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi. Plautus
Trin.

Igitur iure Tragicus,

*Πολλῷ τὸ φορεῖν ἀδαιμονίας
Πεφτον ὑπάρχει.*

Sopho-
cles An-
tig.

*Longè Prudentia felicitatis
Primas tenet.*

At contrà, Imprudentia infelix. quæ
pleraque, & se, præcipitat.

Sallust. ad
Cæs.

C A P.

CAPUT VIII.

*Quid gignat Prudentiam? Usum
esse, & Memoriam. Quid ea
utraque? Vis & firmitudo illius
prælata: sed raritas & difficultas
item ostensa.*

PRUDENTIAE autem parentes
duo, Usus & Memoria rerum.
Nam quod poëta vetus in Sapientiam
scripsit,

Afranius.

*Vsus me genuit, mater peperit vſu. &
Memoria:*

abnuo: & verius est in istam. Usum
intellego, NOTITIAM HUMANA-
RVM RERVVM EX VISV VEL
TRACTATV. Memoriam, NOTI-
TIAM SIMILEM EX AUDITV
VEL LECTV. Usus haud paullò
firmior: & ideo iure pater. Per sua
enim, non per aliena pericula discit: per
propinqua exempla, non remota. quin
plerisque euentibus ipse adest, interest,
præest. Itaque verè scriptum,

Longè si-
pra alios
magistros.

*Vsus efficacissimus rerum omnium
magister,*

Plin. lib.
xxv.

Et experimentis optimè creditur.

Idem, lib.
xvi.

*Imò amplius: Vsus omnium magistro-
rum precepta superat.*

Cicero de
Orat.

*Quem qui multum habet, glori-
tur iure:*

Solon.

Istana ma-
lagi nonis.

-- νότων καὶ οἴδη τέκνα

Homer.
Odyss. 2.

Εὐλάτε καὶ τα τέκνα.

καὶ νοῦν & σέι σιγιλλατίν

Quæ bona, quæ mala sunt.

Artes om-
nes genuit.

*Hic ad omnem artem utilis siue ne-
cessarius:*

*Per varios usus artem experientia
fecit,*

Mani-
lius I.

Exemplo monstrante viam.

Civilem
perficit.

*Sed ad hanc ciuilem imprimis. Καὶ
τοῖς ἐφιεμόντοις τῷτι πολιτικῆς εἰδένει,
ἀποστέντοις ἐπιτεγίας: & quisquis
in re Ciiali intelligens haberi volet, opus
ei experientiā.*

Aristot.
Eth. x.
cap. vlt.

Incommo-
dui tamen,
quia seru.

*In quo tamen hoc mali, quod præ-
ceptis non traditur: sed etas eum deni-
que affert.*

Cic. II. de
Orat.

Nam

Ovid.
Metam.

Tacit.
Ann.

in. lib.
v t.
Metam.

Nam vt poëta ait,
- seris venit usus ab annis.

Et extima
atatu pro-
prius.

Hinc Prudentia senū in vulgi vcrbo:

Hinc illud sapientis,

Solon.

Gnēgōnō d' ajei πολλὰ διδασκ-
μενο.

Affiduē addiscens, ad senium pro-
pero.

C A P V T I X.

*Memoriae rerum, siue Historiae, fru-
ctus. Facilem hanc ad Pruden-
tiam viam: etiā ad Probitatem.*

AT Memoria, parens altera est. Memoria
doles.
A quam Usui non appono solum, sed in parte præpono. Magis enim obvia hæc & facilis: diffusa latius, & quæ plura ad Prudentiam & in plures confert. In quosuis enim ea, & quovis tem-
pore, cadit: cumque iter illud per pro-
pria pericula, longum, nec sine pericu-
lis sit: hæc via tutior, idcoque tritior, &
haud paullò Facilitas. Cerebrum.

Plures aliorum euentis docentur.

Id

in. lib.
em. lib.
cero de-
rat.

Iomer.
dyll. 2.

Mani-
us 1.

Aristot.
Eth. x.
ap. vlt.

Cic. n. de
Orat.

Tacit. i v.
Ann.

*Ea vinit in
libru histore-
ricu,*

Id est, Historiâ. quæ non aliud quâm
anima & vita memoriae.

Lib. I.

Cic. II. de
Orat.

Exempla enim omnia iacerent in tene-
bris, nisi literarum lumen accederet.

Idem pro
Archia.

*Per ea, vir-
tutibus &
vitis suis
honestos.*

Hæc est illa φυλακὴ τῶν ἀξιολόγων δέσμων, μάρτυς τὸν φαύλων κακίας, δεεγένεις τῆς κοινῆς τῶν ἀθερόπων γῆρας: custos illustrium virorum virtutis, testis malorum sceleris, benefica in omne humanum genus.

*Viam in-
struit pri-
matam.*

Hæc lux veritatis, magistra vitae.

Cic. II. de
Orat. Lampri
in Alex.

Verè Magistra. In hac enim tibi fas, ὁμοεργοὶ οὐ ἐστοπέω, κοσμεῖν καὶ ἀφομοιεύνωρος τὰς τῶν ἀλεων δέσμας τὸ βίον: tanquam in speculo, ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes.

Plaut. in
Timoleo
Alphon
sus Sicili
liz.

In quâ hoc præcipue salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita intueri: ut inde tibi tu eq̄ reip. quod imitere, capias; inde fædum incæptu, fædum exitu, quod vites.

*Publicam
dirigunt.*

Eadem ad Ciuilem hanc partem utilissima: nec temerè Polybius, a. n. 510

Lib. I.

Διονοσίων ταῦτας ηγή γυμνασίας ἀρὸς
τὰς αὐλητικὰς περάξεις, τὰς ἐκ τῆς ἴσοπίας
μάθησιν διξι: verissimam disciplinam
exercitationemque ad res Ciuiiles Historiam
esse.

Arist. I.
icul. I.
Rhet.
biblioth.
Siodor.

Et ad consilia. Χένταμοι ἀρὸς τὰς πο-
λιτικὰς συμβελόθε, αἵ τις περάξεις τὰς περά-
ξεις χραφόντεν ἴσορια: utiles ad publicas
deliberationes, rerum gestarum historiæ.

Cic. II. &
Drat.
Lampryd.
in Alex.

Quo aspectu Imperator Alexander,
consiliis togæ & militiæ literatos adhi-
bebat, & maximè eos qui historiam norant.

Plaut. &
Timoleō
e. Alphon-
fus Sici-
liæ.

Et rex alius, optimos consiliarios Mor-
tuos aiebat, intelligens hos ipsos Histo-
riæ libros.

*Consiliarii
mortui, bo-
ni, liberi, si-
ne furo.*

C A P.

CAPVT X.

*Appendix de Doctrinâ, quæ utri-
que Rectori utilis. Quis legit-
mus usus eius, finis, modus.*

VT RVM QVE Rectorem dedi,
& abeo ab his præloquiis: nisi
quod de Doctrinâ etiam breuiter atte-
xo. id est, ipsis adiutoribus tuis do ad-
iutorem. Nam hæc est, quæ non ad Ptu-
dentiam solum facit validè (clarum id
quidem) sed & Virtutem.

*Virtutē or-
natant per-
ficiunt, tamen perficienda doctrinâ est.*

Quint.
lib. xii.
cap. i.

*Non enim plenè satis contingit ea, nisi
animo instituto & edocto.*

Seneca
Epist. xci.

*Et propriètē
animos ei
parat, ac
præparat.* *Eo tamen sensu; non quia Virtutem
dare posít, sed quia animum ad accipien-
dam illam præparat.*

Idē Epist.
LXXXIX.

*Vfsum eius.
verè usus.* *Auidè igitur hæc haurienda, sed ad
vsum. Non enim paranda nobis solum,
sed fruenda Sapientia est.*

Cic. i. de
Finib.

Ego

Ego cum poëta

Pacuvius.

*Odi homines ignauâ operâ, philo-
sophâ sententia.*

Nec enim
in verbu-
ndu, sed
bonus facit.

Et cum Sallustiano Mario, parum
In lugur. *mihî placeant e& literæ, quæ ad virtutem
doctoribus nihil profuerunt.*

Imò nocuerunt. quia multi vitia sua
Tac. xv. *Abmuntur.
tegunt & inumbrant hoc velo, animo qui non ta-
Annal. perfidiosi & subdoli, auaritiam ac libidi-
nem occultantes.*

Indidem. *Specie bonarum artium falsi, & ami-
citiæ fallaces.*

Indidem. *Sed ij ferè ex eo genere, qui doctrinâ Quod ge-
ore tenus exerciti, animum bonis artibus nus ferè
non induerunt. tui, eā, non imbuti.*

Iv. Hist. *Tu contrà. habeto eam non ad pom-
pam aut speciem, nec ut nomine magni-
fico segne otium veles, sed quo firmior ad-
uersum fortuita rem publicam capessas.*

Seneca Epist. *Et habeto etiam cum modo. quia In eā mo-
xxxxix. plus scire velle quam satis sit, intempe-
dā. rantiæ genus est.*

Nec enim
sapit, qui
nunquam sapit.

O ξένοιμ' εἰδὼς, καὶ ὁ πολλὸς εἰδὼς,
συφός:

Æschylus.

*Qui fructuosa, non qui multa scit,
sapit.*

Atque adeò verissimè dictum: *Plus
sapit interdum vulgus, quia tantum quan-
tum opus est, sapit.*

Lactant.
lib. 11.
Instit.

Quin fra-
nanda in-
medica di-
scendi cupi-
ditas.

Imitare igitur Agricolam: qui studio
scientiae flagrantem animum coercuit, te-
nuitque, quod est difficillimum, ex Sa-
pientia modum.

Tacit. in
Agric.

Vitium ho-
die, & in
senibus cre-
bitum.

Nam nos plerique hodie, ut omnium
rerum, sic literarum intemperantia quo-
que laboramus: nec vita, sed scholæ disci-
mus. Quo veriloquio clando & consi-
gno hunc librum.

Seneca
Epist.
cvi.

I. L I P S I



I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
 S I V E
C I V I L I S D O C T R I N A E
 LIBRI SECUNDI

C A P V T I.

*De imperio uniuersè dictum. eius
 necessitas in Societate ostensa, tamen
 fructus.*

VIÆ huius Rectores ostendi tibi: sed communiter, & ostendi tantum. ipsam mihi, sodes, ingredere: ego quin sequare atque assequare eos, dicam. nec id per stadia solùm singula, sed penè passus. Vita Ciuilis in Societate est: Societas in duabus rebus, Commercio & Imperio. Illud * alterius argumenti

* Nempe
 Moralis
 aut Econo-
 nomici.

C

*Definitio
Imperij.*

est, hoc mei. quod definio, CERTVM
ORDINEM IN IVBENDO ET
PARENDO. Cuius tanta vis siue ne-
cessitas potius, ut hoc vnum fulcrum
sit rerum humanarum.

Vnu eius.

MUNDO. Sine Imperio enim nec domus vlla,
nec ciuitas, nec gens, nec hominum uni-
uersum genus stare, nec rerum natura
omnis, nec ipse mundus potest.

Vtilitas.

Et quod sequitur, magna eius uti-
litas. τὸ γδ ἀρχεῖν νοὺς ἀρχεῖς, εἰ μόνου
τῶν διαγνοίων, αἴδει νοὺς τῶν συμφερόν-
των: Regere enim & regi, non solum inter
ea quae necessaria, sed & utilia.

*Vinculum
verum.*

Istud sanè est vinculum, per quod ref-
publica cohæret: ille spiritus vitalis, quem
hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se
futura, nisi onus & præda, si mens illa
imperij subtrahatur.

*Regimen
hominum.*

Denique hæc Circæa illa virga, quâ
tactæ feræ hominesque mitescunt. quæ
è ferocibus uniuersis, singulos, suo quem-
que metu, obedientes facit.

At contrà, ruunt omnia, ubi non
hoc

Cic. i. i. i.
de Leg.

Arist. t.
Politici.
cap. iii.

Sen. t. De
Clement.

Liuius
lib. vi.

hoc firmamentum : diffluunt , vbi non
hoc coagulum. & nimis pro vate , ille
vates:

sophoc.

Αναρχίας οὐδὲ μέγον σῶν εἴτε κακόν.
Αὔτη πόλεις δύλυσιν , οὐδὲ ανασάτυς
Οἶνος πειστιν , οὐδὲ σὺ μάχην δορὸς
Τερπας καταρρήγνυσι. τῷν δὲ οὐρ-
θυμόνων

Σωζεῖ τὰ πολλὰ σώματα οὐδὲ παρ-
χία.

Confusione tetricus nullū est malum.
Hæc perdit urbes , ista perdit et
domos

Vastisque reddit , Martis in cer-
tamine

Hæc terga vertit. ritè sed parentium
Res seruat atque vitam Obedientia.

CAPUT II.

Divisio Imperij. Principatus , prima
& optima eius pars. id variis ar-
gumentis ostensum.

IMPERIUM hoc autem triplex: Tres Impe-
rii principatus, Optimatum , & Populi
status.

Contra. In-
obedientia
Confusionem
parentum.

c. 111.
Leg.Arist. t.
olitic.
ap. 111.en. 1. Di-
Clement.Liuius
ib. vi.

Nam cunctas nationes & urbes (ait Tac. lib.
meus scriptor) Populus, aut Primores, aut
Singuli regunt.

Et quidquid scrutere; nec cœtum ali-
quem socialem sine vllâ harum forma-
rum reperies, nec in eo aliam præter
istas. Miscentur inter se, fateor, & remit-
tuntur aut intenduntur: sed sic, ut pro-
pendeat & præponderet semper aliqua
pars, à quâ iure ei nomen.

*Difficile,
neq; certum
de iis iudi-
cium.*

*Optimum ta-
min Prin-
cipatus vi-
detur.*

Sed quæ ex his optima? diu hoc in
lite, quam soluit & non soluit idem ille
noster. *Dilecta*, inquit, *ex his & consti-* Ibidem.
tuta reipub. forma facilius laudari quam
euenire: aut si euénit, hand diuturna esse
poteſt. Ego si non verius, clarius rem
aperio, & præfero palam Principatum.
Mouent me ista:

*Qui vetu-
ſi ſimus.*

Quòd ille vetustissimus: & certum
est omnes antiquas gentes regibus pri- Cic. 1.11.
mum paruisse. De Leg.

Idque in terris nomen imperij pri- Sallust.
mum fuit. Catil.

Vt verissimè præfatus sit ille, Principio Iustin.
lib. 1.

Sall.
Mith-
tis.

Tacit.
Anna.

Setin

Tac. 1.
Ann.

1. His

1. An

cipio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat.

Addo, quod ad naturam aptissimus.
Docent animantes ceterae, in quibus
imago haec imperij: docent plerique
hominum. & orbem peragrat; pauci li-
bertatem, pars magna iustos dominos vo-
lunt. sed & habent.

Idem secundum rationem maximè.
Unum enim imperij corpus, unius animo
regendum videtur: sicuti ab uno guber-
natore, una nauis.

Plures, quid mihi adfert: turbas. non
aliter, quam εἰ δέλνοι δύο ἡλιοι ψεόδη,
κίνδυνος, πάνται συμφλεγθεῖτε δέλφα-
ριών: si duo Soles velint esse, periculum ne
incendio omnia perdantur.

Arduum enim semper eodem loci po-
tentiam & concordiam esse.

Itaque pacis interest, omnem potesta-
tem ad unum conferri.

Legimus, imò ipsi vidimus, discor-
dantis saepe patriæ non aliud remedium

*Id est ex na-
turâ maxi-
mè.*

Sall. Epist.
Mithrida-
tis.

Tacit. I.
Annal.

Serinus.

Tacit. I V.
Ann.

I. Hist.

I. Ann.

c. lib.
1.

oidem.

Cic. III.
De Leg.

allust.
Catil.

ustin.
ab. I.

*Ex ratione
& usu.*

*Navi plu-
rimum impe-
rium, ac
plures irru-
dit.*

*Discordian-
ginit.*

*Courrà, pa-
cem Prince-
psium.*

fuisse, quam si ab uno regeretur.

Nec dissentiant à me prudentes. Ille
 Pro quo & clamat: ὁ βασιλεὺς, ὁς δέος ὁ οὐρανοῦ: rex, deus quispiam humanus est.
 veterū Aut̄oritatis.

Plato in
Polit.

Alius, Ex ḥ διὸς βασιλῆς: Ex Ioue calli-
 sunt reges. mach.

Et tertius inculcat -- διοτεφίας βα- Homer.
 σιλῆς: à Ioue educatos reges.

Quinetiam nonnemo: Regnum res Iou: lib.
 inter deos hominēsque pulcherrima. xxi.

Vt iure concludam & optem cum
 Homero:

εἰς κοίρανθος εἴσω,
 Εἰς βασιλέας.
 -- herus unicus esto,
 Unicus & Princeps.

Iliad. 8.

Nam plures rationes scio; nec affe-
 ro, in hoc angusto circo alienorum ver-
 borum, cui me inclusi.

C A P.

Arist.
Polit.
cap. 1

CAPUT III.

Principatus definitio. per partes declaratio. Et primum, utrius sexus ille sit?

NEC tamen Principatum omnem confusè extollo, sed verum & legitimū. quem definio, VNIVS IMPERIVM, MORIBVS AVT LEGIBVS DELATVM, SVSCEPTIVM GESTVMQUE PARENTIVM BONO. in quā formulā, nisi fallor, non vim solum omnem boni Principatus inclusi, sed & ad illū viam. Diducam, & explicabo. Posui primò, VNIVS IMPERIVM. virine, an fœminæ? Utiusque. sed illius maximè: quia iubet sic natura.

Quid Principatus?

Virorum id
775971334.

Tō te ἦ αρρέν, φύσις τῷ Θύλεῳ ἡγεμονίατο: Nam quidquid masculum, naturā magis factum ad imperandum, fœmineo.

Etiam ratio. Nam palam est quod ille conditor nostri deus, fœminis quidē

Qua ins-
bucilla.

-- pectus instruxit dolis,
Sed vim negavit.

Seneca
Orau.*Quia incen-
tiantur.*

Nec Constantiam dedit:

-- Nulla diu famina pondus habet.

Propert.
lib. 11.
Eleg.*Quia non
adspicuntur.*Ne Prudentiam quidem plenè. &
plerumque muliebre consilium deterius.Tac. xv.
Annal.*Sapientia
iusta.*Atqui hæc imperij vera instrumenta.
Sed adde & virtus. quia non imbecillis
tantum & impar laboribus hic sexus, sed
si licentia adsit, fenus, ambitiosus.Tacit.
Annal.*Et lubrica.*Quid etiam si sepe lubricus quam
in lubrico tunc respublica? Nei enim
famina, amissus prudenter, alia abneget.

I. v. Ann.

*Ne luxuria
ad artus
se.*Denique indecorum, & feruum nimis
hoc feruitum. Doctor meus de
barbarâ quapiam gente: *Famina domi-
natur, in luctu non modo à libertate,*
*sed à servitute degenerant.*De mo-
ribus
Grecor.Atque his causis videatur feminis
sufficiere obsequi gloria.victori
Fame.Exee ramen & tela non imbellia
proSeneca
Epist.

Idem

Tacit.
Annal.

In Agri-

De
tribus
genit.

Indica-

I. v. 1100

pro imbelli sexu. Pro iis haec ratio, *In alteram tamen partem ratiō.*
quod Nulli praeclusa est virtus. omnes admittit.

Idem.

*Nec censum, nec sexum eligit.**A communi-
nione vir-
tutis.*

Et reuerā, nōnne eximiæ aliquot reginarum lectræ nobis, auditæ, visæ? *Ab extra-
plus.*
quæ fortes, caute, castæ, *virilibus curiis,*
feminarum vitia existant.

Tacit. vi.

Ann.

In Agr.

Pro iisdem, consensu aliquot gen-*Ariug-
tes. Britanni illi veteres non regno-
tium.*
solūm præfere, sed bello. *Solitum
quippe Britannis, feminarum ductu bel-
lare.*

v. Ann.

de mo-

rit. fuit.

Germani viris ipsis ante-tulerunt
& inesse iū sanctum aliquid ac preuidum
putarunt.

Ibidem.

Itaque nec consilia carum aspernabam-
tur, nec responsa negligebant.

v. Hui.

Imò plerasque carum (ridet an ringe-
ris?) faudicat, & auge, cuncte superflue, *abstrahantur deas.*

Capaces igitur fecerit ut hi qui

dem censem. atque etiam ego, nisi lex
aut mos patrius aliter iubent.

CAPVT I.V.

Quomodo capiendus Principatus?
duos legitimos modos esse, Elec-
tionem & Successionem. & de
utraq[ue] aliquid dissertum.

NAM hæc ante omnia seruo. ideo
Locū Prin-
cipis plures
adfectant.
Addo, MORIBVS AVT LE-
GIBVS DELATVM: non temerè
initium & velut caput Regiæ huius viæ
muniens, quia multi calcare eam vo-
lunt pede non recto.

Natura mortalium auida imperij est,
Sallust.
Iugurth.
ait ille:

Et id na-
tura valit.
Et alter: Vetus ac pridem insita mor-
talibus potentiae cupido:

Eaque cunctis affectibus flagrantior.

Tacit. II.
Hist.

xv. Ann.

Itaque Principatum multi appetunt,
nec boni ipsi, nec bono fine. quos re-
pressit tamē mos siue lex gentium repa-
gulo duplici, Electionis & Successionis.

Hanc

Primum in
duplex.

Plin. P.
reg.

Hanc appello, CVM GENTILIS IS *Successio.*
 HONOS EST, ET PRINCEPS
 E PRINCIPE NASCITVR.
 Illam, CVM SPRETO NATA- *Et Electio.*
 LIVM IVRE, SVFFRAGIIS DE-
 SIGNATVR. Electio, antiquior. ta-
 men Successio reception, & aspectu ali- *Illa ut vi-*
 quo melior: quia verum est *deatur, me-*
lio.

Tacit. 11. Hist. Minore discrimine sumi Principem,
 quam queri.

i. Hist. Turbis etiam hoc obstaculum. cum *Pacation.*
 alioqui magnis aut nouis conatibus op-
 portuni sint transitus rerum.

xiii. Ann. Nam clarum est, prauas aliorum spes *Securior.*
 cohiberi, si successor non in incerto.

t. Ann. Princeps ipse per hanc viam secu- *Ex Princi-*
 rior, & pluribus velut munimentis in- *pum ipsius*
 sisit. *vii.*

iv. Hist. Oraculum est, Non classes, non le-
 giones, perinde firma imperij munimenta,
 quam numerum liberorum.

*Plin. Pa-
 reg.* Tamen aliis ratio magis placet alia. *Pro Electro-*
 ne & sua
 & aiunt, Imperaturum omnibus, eligi de-
 bere ex omnibus.

*Quia di-
gnitores re-
perit.*

Vel ideo, quod plerumque optimum
quemque Electio inuenit. Tacit. 1.
Hist.

Nam nasci & generari à principibus, Ibidem.
fortuitum, nec ultra aestimatur: cooptandi
iudicium integrum, & si eligere velis,
consensu monstratur. SC. Q. III.

*Quia &
ipsa di-
gnior.*

Minus etiam seruilis hæc species. &
loco libertatis erit, si eligi incipimus. Ibidem.

*Ceterū ex-
trahas, obli-
qua via,
nec fausta.*

Sed vtra harum rectior, non rectæ
viæ aliæ: nec quisquam imperium flagitio
quaesitum bonis artibus exercuit. Eodem li-
bro.

Imò nec diu exercuit. quia nulla qua-
fita scelere potentia diurna est. Curt. lib.
I. V.

Tac. x
Annal.

Luca
lib. II.

Tac. i
Annal.

XII. A

Iv. Hi

ii. His

CAPUT V.

Initia Principatuū plerumque lau-
dabilia: sed id non satis. persecu-
randum esse.

SED addidi etiam, SVSCEPTVM
S GESTVM Q V E. nec geminaui
temere; quia sunt qui suscipiant re-
cte, non gerant & finiant. ego autem
pal

palmam hanc in metâ , non in carceri-
bus figo. Fit malo vitio, an fato huma-
ni generis, vt

Principia
Principum
ferè bona:
at non finit.

Tac. x v.
Annal.

*Initia magistratum aut Principum
ferè meliora sint, sed finis inclinet.*

Poëta non nesciuit:

Lucan.
lib. lxx.

-- mitissima fors est
Regnorum, sub rege nouo.

Tac. i 1.
Annal.

Imò nec ipsum vulgus. qui accipiunt Idò grati,
nos reges.
regem latantes, ut fermè ad noua imperia.

xii. Ann.

Speci suæ quàm sàpe falsi! Nam ple-
rique regnantium, suòne an seruitij inge-
nio, dum adipiscuntur dominationes mul-
tâ caritate sunt; & maiore odio, postquàm
adepti.

Sed non in
longum.

iv. Hist.

Fit ideo , quia plurimum simulata
ex virtutes: cùm sciant omnes , *Nouum
imperium inchoantibus utilem esse Cle-
mentiæ famam.*

Canssa, quia
fucus deci-
dit.

v. Hist.

Aut certè non altè insitæ. ideoque Aut certè
mutantur
in regno.
peccare paullatim indulgentiâ fortunæ,
& prauis magistris, discunt audentque.

Sive

Sive etiam Regni ipsius natura hoc fert, ut diuturnitate in superbiam mutent. xii. Ann.

*Suo sepe
malo, quia*

At male. Imperium enim iis artibus Sallust.
facillime retinetur, quibus initio partiū est. Catil.

*Et fortuna
cum iis mu-
tatur.*

Quod si se mutant: videant, ne For- ibidem.
tuna quoque cum moribus immutetur.

CAPVT. VI.

Quis finis, quò actiones omnes Prin-
ceps dirigat? Bonum publicum id
esse, & seponenda priuata.

DENIQUE in extremo posui
PARENTIVM BONO: in
iis verbis Finem ipsum veri Principa-
tus complexus, & candidam illam me-
tam, ad quam currat Regius hic athleta
quæ non aliud, quam subditorum com-
modum, securitas, salus.

*Bentias ci-
vium, Prim-
cipi propo-
stas.*

Nam moderatori reipub. beata cinium Cic. v. De
vita proposita est. Rep.

Vt ea opibus firma, copiis locuples, glo- ibidem.
ria ampla, virtute honesta sit.

Te

Xeno-
in Me-
tab. S.
lib. 11

Arist.
Politi-
cap. x.

Sen.
Cleme-

Indide

Claud.
Hon.

I. Ann.
lust.
til.
dem.

Xenoph.
in Memori-
ab. Socr.
lib. III.

Te spectas? erras. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς
αἰρεῖται, ἐχείνει τὸν εὐθύνην
ταῦτα, αὐτὸν δέ τοι οἱ ἑλόρδροι Διὸς τῶν
εὖ προσάρτεσθαι: nam rex elegitur, non ut
se se molliter curet, sed ut per ipsum, i.e. qui
elegerunt, bene beatéque agant.

Arist. ix.
Polit. cap. x.

Hac vñā in re maximè abit ille à Tyranno. quod ὁ μὲν τύραννος τὸν εὐθύνην
συμφέρει συνοπτεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸν τῷν
δέχομένων: Tyrannus suum ipsius com-
modum spectat & querit, at rex subdi-
torum.

Qui verè est Homericus ille ποικίλως
λαοῦ: pastor populorum. vi pastori
cura gregis eft.

Sen. De clement. ciuitum non seruitutem tibi traditam, sed
tutelam:

Indidem. Nec rempublicam tuam esse, sed te rei- Non igitur
publicæ. dominium finu.

ic. v. D.
ep.
oibidem.

Claud. ad Hon.

Vatem audi:

Tu ciuem patrēmque geras; tu con- Ideo curit,
sule cunētis, fureat.

Non tibi: nec tua te moueant, sed
publica damna.

Malus

Non negle-
gat, vi finxi
illi & so-
luti.

Malus ille, qui ex magnâ Fortunâ li- Tac. iv.
 centiam tantum usurpat. Hist.

Qui non ad curas intentus, sed stupris ibidem.
& adulteriis Principem agit.

Onus enim
hoc, non sô-
litem munus
est.

At verus bonusque noster intendit,
 vigilat: & scit, *Maximo imperio maxi-* Sallust.
mam curam inesse.

Omnium somnos illius vigilantia de- Seneca
fendit, omnium otium illius labor, omnium Conf. ad
delicias illius industria, omnium vacatio- Polyb.
nem illius occupatio.

Ideò remissum aliquando animum ha- Ibidem.
 bebit, nunquam solutum.

Vigilans
ante Prin-
cips, firmus,

Hoc subditorum bono fiet, hoc eius.
 quia illius demum Principis magnitudo Ibidem.
 stabilis fundataq; est, quem omnes tam
 supra se esse quam pro se sciunt.

C A P.

CAPVT VII.

De via rectâ quam Princeps ingrediatur: & primum de Virtute ostensum hanc ei, suâ causâ, necessariam.

VERVM ecce Principem definiui:
formabo tibi nunc eundem, &
qui perueniat ad salutarem illam me-
tam velut manuducam. Inclusa sanè
hæc via in ipso Boni publici fine, fateor:
(nemo enim sic geret, qui non ipse bo-
nus: nec id solum, sed & prudens:) verùm inclusa occultè. ego educam,
aperiam, & totum hoc imperandi iter
tenuiore quodam, vt sic dicam, fabulo-
sternam salubrium præceptorum. Duo
sunt quæ legitimum & numeris suis
absolutum Principem faciunt: Pruden-
tia & Virtus. illa vt in Actionibus eius
eluceat, hæc in vitâ. De Virtute præ-
mittam: quæ prorsus & Regi assumen-
da, & per eum his qui regnantur. Regi:
quia ita decorum est, vt probitate emi-

*Ad Finem
Bonii publici
duo condu-
cunt.*

*Virtus &
Prudentia.*

*Illa Princi-
pi covenient
ex devere.*

neat, qui dignitate. Cyrum lubens au-
dio : qui

Oὐν ὁρῶσθε προσήκειν μηδεὶς δέχεται, Xenoph.
ὅσις μὴ βελτιων τοῦ δέχουσθαι: non cen-
sebat conuenire cuiquam imperium, qui
non melior esset iis quibus imperaret.

Vulgò ita iudicamus; & vbi suffra-
giorum res, plerumque ὁ βασιλεὺς κα-
θίσκει) ἐν τῷ θημεῖον καθ' ἵπποχιών &
δέεται, οὐ πάλιν τῷ θυρόν δέεται: rex
constituitur ex idoneis aptisq; ob eminen-
tiam virtutis, aut actionum quae à virtute.

Arist. v.
Polit. cap. x.

Meo sanè & poëtæ punto,

Qui recte faciet, non qui domina- Auson. in
tur, erit Rex. Monos.

Ex famâ.

Sed & fama eius hoc postulat: quæ
parùm pura, si non vita. *Omnia enim* Sen. i. De
facta dictaque Principis rumor excipit: Clement.

Nec magis ei, quam Soli, latere Indidem
contingit.

Vt iure cauere debeat qualem famam Indidem
habeat: qui qualemcumque meruerit, ma-
gnam habiturus est.

Eō

Tacit. I.
Hist.

Eò magis, quòd iniisum semel Prin-
cipem seu benè seu malè facta premunt.

Etiam regni firmitas sic poscit. quia Ex viili.
-- ubi non est pudor

Nec cura iuris, sanctitas, pietas,
fides,
Instabile regnum est.

Tacit. I.
Hist.

Sit ante oculos Nero, & qui alij tyran-
norum: quos sua immanitas, sua luxuria,
ceruicibus publicis depulere.

Ad exitium natæ voces,

-- sanctitas, pietas, fides

Priuata bona sunt. quā iuuat, re-
ges eant.

Et vsu disces.

C A P V T V I I I.

Subditorum etiam causā Principi
virtutem induendam, & ipsi
instillandam. sine quā probus aut
diuturnus nullus cætus.

IAM & Principi cura altera, vt cùm
ipse bonus, subditi etiam tales. Vbi
virtus abest, quæ societas non dicam

Infirmus laudabilis, sed firma? *Quod de oppido*
cip. status in *virtute*. *poëta, de statu omni dixeris:*

Si incolæ bene morati sunt, pulchrè mu- Plaut.
nitum arbitror. Persā.

Sin aliter: profectō

-- *centuplex murus rebus seruandis* Ibidem.
parum est.

Audi Prudentiæ alumnum: Ille rei- Polyb.
pub. status optabilis & firmus est, in quo & lib. v. i.
priuatim sancte innoxieque vivitur, &
publicè Inſtitia ac Clementia vigent.

Audi & Sapientiæ: Ei μέλλεις τὰ δ' Plato
πόλεως πράξειν ὅρθως ηγαλῶς, δέετης Aleib.,
σοι μεταδοτέον τοῖς πολίταις: Si remp. recte
laudabiliterque instituis gerere, virtus tibi
cum ciubus communicanda est.

Hos, inquam, potius, quàm illos ma- Sallust. ad
lè callidos. qui èo munitiores reges cen- Cæs.,
sent, quò illi quibus imperitant nequiores
fuère.

Eiusdēc. rā- *Quod patientiores seruitutis arbitran-* Plinius
to. *tur, quos non deceat nisi esse seruos.* Paneg.

Sed hoc ubi nescia, Sed profectō hac ipsā in re errant.
Nam

Sallust. ad Cæs.
Nam pessimus quisque aspernime rectorem patitur.

Idem in lugurth.
Contrà boni, mites & obnoxij, me-
tuentes magis quam metuendi.

Quò qui
melior, ho
ingi patien-
tior.

Et ab ore veritatis illud est,

Plaut. Mil.
-- Facilè imperium in bonos.

Sallust. ad Cæs.
Iure igitur dabis operam, cùm ipse
bonus atque strenuus sis, uti quam optimis
imperites.

CAPVT IX.

Subditos probos fieri maximè à Prin-
cipis exemplo. cuius incredibilis
vis in utramuis partem.

HOc duplici viâ assequere, Legum
& Exempli. De illâ, mox tangam:
de hac nunc habe.

Cic. in Epist.
Quales in republicâ principes sunt, tales reliquos solere esse cines.

Subdit ac
principem se
formant.

Claud. v.
Conf. Ho-
nor.
-- componitur orbis
Regis ad exemplum.

Nec caussa occulta. quoniam ad Eius caus.

alta illa versæ plerumque mentes & oculi: nec tam imperio nobis opus, quam exemplo.

Plin. Pa-
neg.

Duci natu-
ra matuit,
quam cogi.

Quod vrget efficacius, quam ipsæ leges. Obsequium enim in Principem & amulandi amor validiora, quam pœna ex legibus.

Tac. III.
Annal.

Facta Prin-
cipi, iussa.

Quamquam illud ipsum tacita quædam lex est. quoniam hec conditio principiū, ut quidquid faciant, præcipere videantur.

Quint.
Declam.
v. 1.

Et en bono,
plerique ba-
ni.

Vis tuos bonos? ipse esto. Recte face-
re princeps ciues suos, faciendo, docet.

Velleius
lib. I. 1.

Rex velit honesta, nemo non eadem voleat.

Senec.
Thyest.

Malo, mali.

Solutos & malos? te solue. Nam vitia non solum ipsi Principes concipiunt, sed etiam in ciuitatem infundunt: plusq; exemplo, quam peccato nocent.

Cic. III.
De Leg.

Et bene noster: Vnius inuidia (addo ego, & culpa) ab omnibus peccatur.

Tac. III.
Annal.

C A P.

CAPUT X.

Distinctius de Virtutibus Principis dictum. Et primùm de Iustitia, quā ea necessaria: etiam in ipso Principe.

REGO Virtus Principi decora & utilis. omnīsne? ita censeo. sic tamen ut species eius quasdam magis necessarias fatear, quæ eminent & propriè regnum sibi postulant in Regno. Hæ mihi duorum generum: & sunt quædam Duplices virtutes principis. ut minuta sidera, quædam ut magna. Inter magna luminaria habeo, Iustitiam & Clementiam. è quibus illam veluti Solem facio: qui nisi Imperiorum omne corpus illuceat, tenebræ in iis, tempestas, nimbi. Maiores, Minores.

*Tanta enim huīus vis est, ut nec y qui-
dem qui scelere ac maleficio pascuntur, pos-
sint sine ullâ particulâ Iustitiae vinere.* Iustitia intermaures.

Quam in hac meâ re definio, **VIR-** Eius Descrip.
TVTEM IVS ET AEQVM IN
SE IN QVE ALIIS FIRMITER
SERVANTEM. In sc, dixi: quia

*Principi in
se exercēda.* Principem ipsum huic alligo : quem legibus placet subiici , et si (quorundam sensu)

Principi eas nemo scripsit.

Plinius
Paneg.

*Tisque legi-
bus illigan-
dus.*

Nam ἀνομος λανὲ πονηρία , καλεσθή-
ναι βαρυτάτη ξενωμόνων : illex Principa-
tus molestus , & cui hand facile subsis.

Plato in
Polit. viii.

*Ne quidnu-
des liccat.*

Turpe illud , Licet si libet.

Spart. in
Anton.
Carac.

Hoc pulchrius:

Minimum decet libere , cui ni-
mium licet.

Senec.
Tragad.

Et meminerit Princeps , non solum Cic. Orat.
quantum sibi commissum , sed etiam qua- pro Ra-
tenus permisum sit.

bir.

*Quae ob-
strictio im-
perium non
minuit.*

Poëtae illud falsum & improbum:

Sceptrorum vis tota perit , si pende- Lucan.
re iusta lib. iix.

Incipit.

Imo firmat.

Oratoris hoc verius : Ius & aequitas , Cic. Pa-
vincula ciuitatum.

radox.

*Et facit ve-
re Regnum.*

Item illud diuini viri : Remotā Iusti- Aug. i.v.
tiā , quid sunt regna , nisi magna latro- De ciuit.

A bar

Tac.
Ann.

The
had.
Cassini
Var. l.

Eutrip.

In T
cyd. l
vi.

Xeno
De C
Exped
lib. vi

Tac. xv.
Annal.

A barbaro istud barbarum : *In summa fortunâ id aequius, quod validius.* Voci contraria & improba.

Contra, à rege illud regium : *Cum omnia possimus, sola credimus licere nobis laudanda.* Opposita milites.

Theoda-
had. apud
Cassiod.
Var.lib.x.

Poëta etiam sapienter:

Euripid.

Oὐ τὸς κρατῶντας ἡγεῖται κρατῶν, αἱ μὲν ἀρετῶν :

Non fas potentes posse, fieri quod nefas.

Denique nec Euphemus illius sermo Malitioso item dogmati.
 In Thu-
cyd. lib. vi.
 Cōφημ^θ. : Αὐτῷ τυράννῳ, οὐ πόλι δέχεται
 ἐχάστη, φέδεν αἰλογον ὁ, π ξυμφέρειν : Viro
 aut urbi principi nihil iniustum quod fru-
 ētuosum.

Apag. ab ore aureo aurum illud Dogma simplicius ac verius.
 Xenoph. De Cyri Exped. lib. vii.
 purius : Εἴω ἦ δέδεν νομίζω γε αὐτῷ,
 αἱ λλως τε νοῦ ἀρχοντι, κατέλιον εἴη κτῆμα
 δέδε λαμπρότερον δεετῆς ηγετοστάτης.
*Ego vero nullas opes viro, ac praeferim
 Principi, pulchriores honestioresq; censeo,
 quam Virtutem & Iustitiam.*

Et fructum Regi quid ingerunt?

D 5

*Gloria Ius-
finita adse-
cla.* gloriā potius. Fundamentum autem Cic. III. de
perpetuae commendationis & famae Iustitia Offic.
est: sine quā nihil potest esse laudabile.

*Et penè di-
minutus.* Præclarè Principum princeps: Pie-
tate & Iustitiâ, Principes dī sunt:

Augustus
apud Se-
nec. in
Ludo.

Arist.
Politici
cap. x.

CAPVT XI.

*Iustitiam administrandam Subditis
esse. & equabiliter: temperanter: et
sine cumulo legum. remoto etiam
litium studio.*

Hesiod
Theog.

*Ius reddere
primū Prin-
cipi mu-
nus.* F A M igitur in se Princeps seruet:
E nec id solū, sed, vt addidi, I N
A L I I S. quia Diuam hanc asserere, vna
cum regni munere ei munus. Originem
sceptri si repetis,

*Hac eansā
creatus ma-
xime.* Fruendæ iustitiae causâ reperies olim
benè moratos reges constitutos.

Cic. II. de
Offic.

Sen. I.
Clement.

Tac. XI.
Annal.

• Quid enim aliud quām contra vim
& manuariam illam legem inuenti &
inuesti isti: vt essent, qui summos cum ibidem.
infimis pari iure retinerent.

Benè

I. Hist.

Arist. v.
Politici,
cap. x.

Benè Sapientiae filius: βέλεται ὁ βα- Vt suū cō-
σιλος ἐνα φύλαξ, ὅπως οἱ μὴ πεκτη-
que detur.
μέροι τὰς κύσιας μηδὲν ἀδίκον πάχωσιν, ὁ
ἢ δῆμος, μὴ υἱοίζηται μηδέν: Rex de-
bet & vult esse custos, ut nec opulentis in-
iustum aliquid patiantur, nec plebs contu-
meliam accipiat.

Benè & Musarum filius:

Hesiod.
Theog.

Τένεκα γὰρ βασιλῆς ἐχέφευξις,
Σένεκα λαοῖς

Βλαπτομέροις ἀγορῆφι μετάτερπα
έργα τελεῦσι:

Hac νά, reges olim, sunt fine
creati:

Dicere ius populis, iniusta γέ tollere
facta.

Sen. I. De
Clement.

Ius ergo noster dicat, reddat: & id Ius sit
equum.
habeat supra omnem iniuriam positum.

Tac. XIII.
Annal.

Nihil in penatibus eius vānale sit, aut Sine prei-
am grātia
aspectu.
ambitioni peruum.

I. Hist.

Caussas reosque audiat. quia inau-
diti atque indefensi, tanquam innocentes
pereunt.

Leges ne violet. ἐν γὰρ τοῖς νόμοις δέσιν
η σωτη.

III. de
fic.

ugustus
ud Sc-
c. in
ado.

ic. II. de
ffice.

bidem.

*Ex legum nō σωτηρία & πόλεως: nam in legibus salus
præscripto. ciuitatis sita:*

Aristot.
Rhet. I.
cap. III.

Interdum tamen temperet. quia haud
frustrà *Summum ius, antiqui summam* Colum.
putarunt crucem. lib. I.

*Noue aut
voluta leges
fugienda.* Nouas parcè ferat. nam & illud ve-
rum, *Corruptissimā republicā, plurime* Tac. I.v.
leges. Annal.

Hoc æuum si vides, fateare, *vt antea* Ibidem.
flagitiis, sic nunc legibus laborari.

*Et fori hac
litigia.* Inde litigandi ars & studium: *vt* Ibidem.
quemadmodum vis morborum pretia me- Ann. XI.
dentibus, sic fori tabes pecuniam aduoca-
tis ferat.

Inde publice mercis nihil tam vanale, Ibidem.
quam aduocatorum perfidia.

*Quod inter
causas (mi-
in quidem)
corrupti ha-
bitu asti.* Et cur dissimilem? pestis Europæ
caninum hoc studium. quod haud te-
merè quispiam concessum latrocinium Colum.
dixit. lib. I.

Catonis prisci voto meum adsonet,
Forum miricibus sterni. Plutarch.

Et

Sen. t. D.
Clement.

Plin. Pa-
deg.

Et medeatur noster Princeps: vi-
deatque ne legibus fundata ciuitas, legi-
bus euertatur.

Idc non
& diuerso
Iustiniano
opus.Colum.
lib. I.

Sine *causidicis satis felices olim fuere,
futureq; sunt urbes.

* Capio
rabulas.

CAPVT X I I.

Clementia definita. Principi com-
mendata. quæ amabilem eum, quæ
firmum, quæ illustrem facit.

PRAEFERO nunc Principi lumen
alterum, Clementiam: id est, ut ego
appello, Imperiorum Lunam. Mitis &
mollis ea Diua: quæ lenit, quæ tempe-
rat; noxios eripit, lapsos erigit; & fer-
uatum it eosiplos qui se perdunt. Nec
descripserim eam aliter, quam VIR-
TUTEM ANIMI A POENA
AVT VINDICTA AD LENI-
TATEM CVM IUDICIO IN-
CLINANTIS. Hæc homini omnium
virtutum conuenientissima, quia hu-
manissima. sed

Clementia
munera.Eius descri-
ptio.Conuenien-
tissima Prin-
cipi.Sen. I. De
Clement.

Nullum tamen ex omnibus magis, quam
Regem aut Principem decet:

Quia

Aristot.
het. I.
p. III.Colum.
b. I.ac. IV.
annal.

bidem.

ADN. XI.

bidem.

Colum.
b. I.

Plutarch.

*Qui largi-
ter exercere
potest.* Quia plus habet apud illos quod ser- Ibidem.
uet, ac maiore in materia apparet.

*Et debet,
quia gratia
et parat.* Quia etiam omnia conciliat, quæ
sceptro digna. Amorem in primis:

*Qui vult amari, languida regnet
manu.* Seneca
Tragic.

Tutelam. Securitatem, quæ ex amore.

*Non enim sic excubiae, nec circun-
stantia tela,
Quam tutatur amor.* Claud. ad
Hon.

Et cetera vi aut fraude perrumpas:
hec arx inaccessa, hoc inexpugnabile mu- Plinius
nimentum est, munimento non egere. Paneg.

*In regno fir-
mitatem.* Etiam firmitatem. Nam firmissimum Liuius
id imperium, quo obedientes gaudent. lib. 11 x

Contra autem,

Inuisa nemo imperia retinuit diu. Seneca.

*Nec crudel-
ant commi-
tes unquam
diuturni.* Euentibus omnis æui crede. qui be- Sallust. Odys.,
nignitate ac clementiam imperium tempe- Cæs., & alibi.
ravere, his candida & leta omnia fuisse:
etiam hostes aequiores quam aliis ciues.

*Sed & glo-
riam fuisse:* Adde, quod æterna gloria ab hac viâ:
nec

Cic. pr.
Ligar.

Senec.
Octau.

Tac. x
Ann.

XII. An

Cic. pro
Ligar. nec ullâ re propius homines ad deum acce- Imò velut
dissimilatè.
dunt, quàm salute hominibus dandâ.

Poëta, versibus aureis:

Senec.
Octau. Pulchrum eminere est inter illustres Audiat,
recondat,
Princeps.
viros:
Consulere patriæ, parcere afflictis,
ferâ
Cede abstinere, tempus atque iræ
dare,
Orbi quietem, sœculo pacem suo.
Hæc summa virtus, petitur hac cœ-
lum viâ.

Vsurpet igitur mēus Princeps: &
amorem apud populares, metum apud ho-
stes querat.

Tac. x i. Nec dominationem, & seruos; sed re- Rex esso,
non Domi-
nus.
Ann. ctorem, & ciues cogitet: Clementiamque
& Iustitiam capessat.

Ita Homeri illud conueniet:

Item pater.

-- Πατήρ δ' ὡς ἦπερ οὐεν.
-- mitis erat patris instar.

Ita Biantis illud conueniet: τες ὑπη- Vt illi ti-
μονες φοβεῖσθαι μὴ ἀντὸν, αλλὰ ὑπερέ πειθεῖσθαι illum.
timere subditos non illum, sed pro illo.

C A P.

CAPUT XIII.

Clementia tiberius commendata, sed cum temperie. Abire eam à Iustitia leniter, nec tamen soluere eam vim Imperij, sed vincere lento nodo.

SED usurpet (non temerè à me possum) c v m i v d i c i o . quia absque illo , mollities hæc & lentitudo sit, & flagitium , adeò non virtus. Secedit paullum, fateor , ab acri illo Iustitiæ ^{Flecia à} Sole hæc Luna : sed secedit , non discedit , diuersa potius quam aduersa. Iustitia ipsa nihil indignetur , haud usque- ^{mētio clu-} quaque adhærere sibi Principem nostrū ^{Sed bono} pede presso : quoniam sine peste & pernicie id non potest generis humani.

*Idque ob
affinas &
innumeratas
culpas.* Flagitia enim & facinora sine modo sunt:

Πεφύκεσθαι τε ἀπίντες , ait ille , καὶ ίδια η̄ δημοσίᾳ αἱρέτανεν , καὶ τὸν ἔστι νόμος ὅστις ἀπίνεξε τέτε : Nati omnes peccare & labi

Tacit. in.
Annal.

Thuc.
lib. iii.

Tacit.
Agrie

Sen. in
Clem.

Ibide

Ibide

Ibide

Sallu
lugur

Taci
Agrie

& labi sunt, quā priuatim quā publicē,
neque lex est quae satis valide vetet aut
capiat modum.

Tacit. in
Agric.

Ita necessarium est, sēpe dissimu-
let, & malit videri inuenisse bonos quam
fecisse.

Sen. i. De
Clement.

An rigidē semper puniat: non ex
publico id vsu. quia *feneritas amittit*
adsiduitate auctoritatem:

Ibidem. Et nescio quo obnitiendi vitio, vi-
debis ea sēpe committi quae sēpe vindi-
cantur.

Ibidem.

Sed nec ex ipsius priuato, quoniam
ut arbores quedam recise pullulant: ita
regia crudelitas auget inimicorum nume-
rum, tollendo.

Tacit. III.
Annal.

Temperatus enim timor est, qui cohabet:
aſſiduus & acer in vindictam excitat.

Sallust.
Iugurth.

Verissimē dixerim: Sæuitia plus ti-
moris quam potentie addit.

Tacit.
Agric.

Metus autem & Terror infirma vin-

cula caritatis. quæ ubi remoueris, qui timere desierint, odiſſe incipient:

Et repertis auctoribus, tollent animos.

v i. Ann.

*Infame hinc
etiam Principi-
cipi.*

Et tamen fac proficere. quæ hic gloria? Principi non minus turpia multa supplicia, quam medico funera.

Sen. t. De Clement.

*Et Iustitia
omnino, iu-
peranda.*

Melior ergo via altera. & veri benignique Principis est, ad Clementie commodum, transilire interdum terminos Aequitatis. quando sola est Misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.

Cassiod.
x l. Vac.

*In leniter
errante, aut
serio poni-
tente.*

Clementis Iustitiae exemplum, siue præceptum hoc habeat. Omnia scire, non omnia resequi; paruis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed s̄epius pœnitentiâ contentus esse.

Tacit.
Agic.

Clau-
Pan.
Mallii

Plin.
lxx. 1

Salluf.
Czf.

ignoscere pulchrum
Iam misero. pœnæq; genus, vidisse
precantem.

Claud.

*exō resolut
imperium
benignitas,*

Cleon quid mihi obgannit? Tria esse αξιμφοερατα τη δεκη, οικτου, και ηδο

Thuc. lib.
III.

νέδοντες τάχαν, οὐ ἐμέμεινεν, νοcentissima
Imperio, Miserationem, Blandiloquen-
tiam, & Lenitatem.

Mentitur. nam & Clementiae sui
nerui, &

-- peragit tranquilla potestas

*Imb effica-
cios iubet
quadam &
patrat.*

Quod violenta nequit: mandatā-
que fortius urget
Imperiosa quies.

Plin. lib.
ix. Ep.

Malè sanè terrore veneratio acquiri-
tur. longeq; valentior amor ad obtainendum
quod velis, quam timor.

Crispi gemmâ hæc consigno. Equi-
dem ego cuncta imperia crudelia, magis

*O non nisi è
calo verbal*

acerba quam diuturna arbitror: neque

quemquam à multis metuendum esse, quin

ad eum ex multis formido recidat. Eam

*Hanniprin.
cepit hanc.*

vitam, bellum eternum & anceps gerere.

quoniam neque aduersus, neque ab tergo

aut lateribus tutus sis, semper in metu aut

periculo agites.

CAPVT XIV.

De Fide adiunctum, quæ Iustitiae origo aut suboles. Ea commendata, ut columen humani generis. Gloriosam hanc Principi esse. utilem. Spreti ab Etruriâ doctores noui.

HABES duo lumina. de quorum fulgore & quasi reperclusu, ecce tibi duo altera accensa, Fidem & Modestiam. E quibus illa Iustitiae ita vicina est, ut alteram ab alterâ oriiri verè dixeris, nec refert vtram. Nam &

Fides Iustitiae fundamentum est:

Et hæc in animo non subsidet, nisi in quo illius honos & amor. Eam describere breuiter possum, EFFECTVM,
QVOD IN NOBIS SIT, DICTI AVT PROMISSI. Virtus, quæ iure omnino cara sit Principi, cui sua aut publica res cara. Nam hæc

Sanctissimum humani pectoris bonum est.

*Commen-
datio.*

*Senec.
Epist.
LXXXIX.*

Ante

*Cic. pr.
Q. Ros.
tem.*

*Silius
Fiden-*

*Cato C.
forius.*

*Cic. mi.
ethic.*

*Audor
ad Her.
lib. III.*

*Cic. i. De
offic.*

Euripid

*Aristot.
Rhet. ad
Theod.
cap. xv.*

Silius ad
Fidem.

*Ante Iouem generata, decus diuum-
que hominumque,
Quā sine non tellus pacem, non aquora
norunt:
Iustitiae consors, tacitumque in pectore
numen.*

Cato Cen-
torius.

*Quam nec immerito in Capitolio vi-
cinam Iouis optimi maximi Romani esse
voluerunt.* Honos et
Roma.

Cic. iii. De
ethic. *Vt enim ille tutor humani generis,
sic ista: nec ulla res vehementius remp.
continet, quam Fides.*

Auctor
ad Her.
lib. IIII.

*Itaque eam magnopere censemus con-
seruandam:* Seruanda
firmiter in
rep.

Euripid.

*Fama suadet: quoniam
-- Καλόν π γλωσσ', ὅτῳ πίσις παρῆ: Honos ita
-- res pulchra, lingua cui siet Fides. exigit.*

Aristot.
Rhet. ad
Theod. i.
cap. xv.

*Fructus suadet. Καὶ αἰνέον γνωμέ-
νον τὸ σωθηκόν, ἀνήγειρον οὐ ποὺς αἱλά-
λες χείσα τὸν αὐθεόπων: Et utilitas.
Et infirmatis
violatisq; pactis, tollitur inter homines
commerciorum usus.*

Senec.
Epist.
lxxxix.

Cic. pro
Q. Rosc.
Cem.

Planè igitur perfidiosum & nefas-

rium est, fidem frangere, quæ continet vitam.

Ibid.

Et ubi isti doctores noui?

Nec audiē-
di vulpi-
nes, qui sus-
ficiunt.

Oīσιν ἔτε βωμὸς, ὅτε μίσις, ὅτε Aristoph.
οἶρος μύψις:
Acharn.

Quēis nec ara, nec fides, nec ulla
firma pactio est.

lib. 1

Qui aures Principum venenant; &
suadent, Ut omnia recta & honesta negle- Cic. 111.
gant, dummodo potentiam consequantur. Offic.

Qui intermortuum illud recoquunt,

-- ius regnandi gratiā
Violandum est. aliis rebus pieta- Ex Euri-
tem colas. pide.

Frangenda
ea nullā vi.

Heu vani, falsi! Nam Fides nullā ne- Senec.
cessitate ad fallendum cogitur, nullo cor- Epist.
rumpitur prēmio. lxxxix.

-- Fulgentibus ostro
Hec potior regnis.

Nulla frau-
de.

Fraudes & captiunculas miscent?
scio. & perfidos nunquam caussa deficiet, Liu. lib. II
cur pacto non stent:

Cic. 1
Offic.

Ibid.

Ambr.
de Offic.Silius
xiiii.

Silius lib.
xiii.

Idem
lib. 1 II.

Sem

Ibidem.

*Semperque aliquam fraudi speciem
iuris imponent.*

Thuc.
lib. 1 v.

Sed audiant generosum Brasidam.
*Ἀπάτη δὲ πεπειραῖς αἰχλοῖς τοῖς τε ἀνθρώ-
ποις τὸ λεοντῖσμα, ηδὲ βίᾳ ἐμφανεῖ: Iis
qui in dignitate sunt turpius, fraude ho-
nestā circumuenire aut lacerare, quam vi
apertā.*

Cic. IIII.
Offic.

Nam quod nonnulli sibi sumunt,
nullam esse fidem quae infideli data sit: Etiam in-
fideli seruanda.

Ibidem.

Errant, & querunt latebram periurio.

Ambr. II.
de Offic.

Nam Fides etiam perfidis præstan-
da est:

Etiam inter arma. &

Silius lib.
XIIII.

-- optimus ille
*Militiae, cui postremum est primūm
que tueri
Inter bella fidem.*

Etiam hosti.

Apagite igitur istos, ô mei reges:

Idem
lib. I n.

-- neu rumpite fædera pacis,
Nec regnis postferte fidem.

Periuria
Deus homi-
nēque in-
fili.

Hoc cogitate. τὸν διπορεῖν, φοβερόν
τὸν τὸν τῷ πονῷ θεῶν πυρωρίαν, τῷ
τῷ πονῷ τοῖς ἀνθεστοῖς αἰχύντες: non
peccare, timentes & diuinam ultionem,
& humanam infamiam.

Aristot.
Rhet. ad
Alex. cap.
XVIII.

Nam profectò

-- etsi quis primò periuria celat: Tibul.
Sera tamen tacitis pœna venit pe-
dibus.

Berna
Epist.

Sen. II.
Ita:

Sall. Iu.

CAPVT XV.

*De Modestia præscriptum, quæ Clementiæ assidet. Instillata Princi-
pi, et in Sensu & in Actione.*

ET Fides quidem Iustitiae, ut sic dicitur
cam, πρᾶγμα est: de Clementiæ
autem lumine, Modestiæ lumen resul-
get. quæ concolor illi valde, & lenis mi-
tisque animi assidua comes. Definio,
RATIONE TEMPERATVM, NEC
ACTIONE EXSVLTANTEM, DE
SE SVISQVE SENSVM. Quæ
virtus cum aliis inculcanda (quid enim
homi

Quid Mo-
destia?

Tacit.
Annal.

Pliniu
Paneg.

Tacit.
Annal.

Valen-
lib. v.
cap. vi.

homines sumus? aut quamdiu sumus?)
tum Principi maximè: quem

Bernar. in
Epist.

*In alto positum non alta sapere, diffi-
cile est.*

Rara ea in
aniss. &
apud ma-
gnos.

Sen. tr. De
ira.

*Quidquid enim leue & inane in ani-
mo est, secundâ se aurâ sustollit.*

Sall. Iug.

Hinc plerumque in magnis ille con-
temptor animus, & superbia, commune
nobilitatis malum.

Tac. xv.
Annal.

Sed noster temperet, sciatque Mo- *Esse tamen
destiae famam neque summis mortalium
aspernandam, & à diis estimari.*

debet,

Plinius
Paneg.

Cur autem insolescat? Non minus *Nā supra-
hominem se, quam hominibus praeesse
cogitat.*

nō extra ho-
mines Princ-
eps.

Tacit. i.
Annal.

Sceptrum, aut opes, faciunt ani- *Et regnum,
mos? Miser & vane. Cuncta mortalium
incerta: quantoque plus adeptus sis, tanto
te magis in lubrico censeas.*

& omnia
regni vana.

Valeit.
lib. v. I.
cap. vii.

*Caduca hæc & fragilia, puerilibusque *Incens.*
consentanea crepundiis, quæ vires atque
opes humanæ vocantur.*

Ruina
capiti obno-
zia.

*An ignoras magnas arbores diu cre- Curt.lib.
scere, unâ horâ extirpari?* VIII.

*Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi Tyranni.*

Senec.
Herc.Fut.

*Scilicet nihil tam firmum est, cui pe- Curt.lib.
riculum non sit etiam ab inualido.* VIII.

*Leo ipse aliquando minimarum avium
pabulum fit, & ferrum rubigo consumit.* Ibidem.

Etiam in ex-
ternis Mo-
destia am-
plianda.

*Sensum ergo modifetur & tempe-
ret: imò & ACTIONEM. Persona Cic. Phi-
enim Principis non solum animis, sed lip. ixx.
etiam oculis seruire debet ciuium.*

In sermone.

*Sermo ei grauis. Nam quemadmo- Senec.
dum sapienti viro incessus modestior con- Epist.*

Nam fusi-
les, inuiles.

*Etiam paucus. Apage linguaces istos:
quibus (plerumque ita euenit) loquentiae Sall. Ca-
multum, sapientiae parum.* til.

*Quorum omnis vis virtusque in lin- Idem ad
guâ sita est.* Cxii.

Sanè

Curt.
VII.

Aristo
Praef.
Alexa

Mar
apud
luf.

Xeno
in Hi

Sanè vetus illud nondum me fefelit: *Canem timidum latrare vehementius, quām mordere. altissima quæque flumina minimo sono labi.*

At in Cultu, ne exuberet. Virum *In veste.*
magnum ad regem Magnum audiat:
πολὺ κάτισον καὶ βασιλικότερον, τὸν φυχὴν ἔχει σύγχρονος τον, οὐ τὸν ἐξηνταμένονταν: multò pulchrius magisque regium, animum præferre cultum & compositum, quām corporis vestem.

Marius
apud Sal-
lust.

Benè Romanus imperator: Munditas mulieribus, viris labore conuenire.

Xenoph.
in Hier.

Et cultu quid opus? *Ἐμοί γέ δοκεῖ καὶ ἐν δεὸν τιμή τις καὶ χάρις συμπαρέπειται ἀνδρὶ αὐχοντι: Mihi à deo & à caelo videtur Venus quæpiam & Gratia comitari ac subsequi virum principem.*

Nec aliter de externâ omni specie
censeo. & hoc de Modestia, ab Scythia
præcepto non Scythico conclu-
do. *Fortunam tuam, ô Princeps, pressis
mani*

*Et alia cir-
cumfissa
specie.*

manibus tene. lubrica est, nec inuita tenere potest. Impone felicitati tuae frenos, facilius illam reges.

Idem
pic.

CAPUT XVI.

Ex occasione de Maiestate adnexa lacinia. quid ea, et qui, et quantum paranda?

Tacit.
Agic.

ibidem

Sed Modestiam tamen ita commendo Principi, ut non spernam ab eo Maiestatem. Hæc est REVERENDA QVÆDAM AMPLITUDO, OB MERITVM VIRTUTIS, AVT RERVM ADFINIVM. Græcis ea Σεμένη dicta: nobis, in priuato Auctoritas, in Principe Maiestas. Acre ea telum ad imperium: quoniam & in pace

*Quæ utibi
tu regnant*

*Ad fidem faciendam Auctoritas quæ- Cic. Top.
ritur.*

II. An-

xv. Ar-

*Et multum in bellis quoque admini- Idem pro
strandis, atque imperio militari valet.* leg. Man.

Nec

Livi-
lib. xxx

Nec magis eam à Principe remo-
ueo, quàm Virtutem ipsam: quæ ple-
rumque illam gignit. Quamquam &
Propriè à
Virtute or-
ta: sed &
ab externu.
concupis-
tic. idem To-
pic. concusio rerum externalium affert Aucto-
ritatem.

Vt morum in primis grauitas. si ta-
men ita temperes, vt tristitiam & arro-
gantiam exuas:
A Graui-
tate.

Ibidem. Nec tibi, quod est rarissimum, aut fa-
cilitas auctoritatem, aut severitas amorem
deminuat.

ii. Ann. Qualis laudatus ille Germanicus:
qui visu & auditu iuxta venerabilis, cum
magnitudinem & grauitatem summae for-
tunae retineret, inuidiam & arrogantiam
effugerat.

xv. Ann. Faciunt & quædam à naturâ. vt si-
quis corpore ingens, verbis magnificus.
A corpora-
tur verbu.

c. Top. Aut ab arte. vt recessus & sciunctio:
quia viles plerumque, qui nimium ci-
uiles. Et effatum Liuianum verum est:
Continuus aspectus minus verendos ma-
gnos homines ipsâ satietate facit.
A tempe-
rato recessu.

Et

Et maiestati maior ex longinquoreue- Tac. I.
rentia: Annal.

Hominibusque omne ignotum sem- In Agtic,
per pro magnifico est. Sed modus in his
talibus esto: qui sal & anima virtutum.

CAPUT XVII.

*Minores aliquot virtutes positæ,
quæ Principem deceant: sed spar-
sim, & breuiter.*

VENIO nunc ad minora, quæ dixi,
lumina: id est, virtutes haud æquè
illustres aut necessarias regibus, tamen
vtiles. quas, velut stellas, spargam &
defigam (fas ita loqui) in supremi Ca-
pitis huius cœlo. Audi Princeps.

B E N E F I C V S esto. *Liberalitate enim* Cic. I. D:
nihil est naturæ hominis accommodatius: offic.

Et Regum in primis quos armis, quam Sallust.
munificentia vinci, minus flagitiosum est. lug.

*Cum dile-
ctu tamen
& modo.* Sed cum iudicio esto. Subiecte enim plin. lib.
Largitionis comes, paenitentia. v.ii. Ep.

Etiam

Tac. T.
Ann.

*Etiam cum modo. ne si erarium am-
bitione exhauseris, per scelera supple-
num sit.*

Hieron.

*Nimis hauriendo Fontem ipsum ex-
hauris. nec malè vir sanctus: Liberalitate
liberalitas perit.*

Tacit. L.
Hist.

*Falluntur autem quibus luxuria specie
liberalitatis imponit. perdere multi sciunt,
donare nesciunt.*

T. Ann.

*C A S T V S esto. Animo enim per li- In cūngem
bidines corrupto nihil honestum inest. amor.*

T. Ann.

*Coniugi deditus: nec tamen cum At non ob-
Claudiano illo stipite, coniugum impe- sequentia.
riis obnoxius.*

Arist. II.
Politie.
cap. vii.

*Turpe viro, imò ipsi imperio. Kai το-
τι δέ περ γυναικας ἀρχειν, οὐ τὰς ἀρ-
χοντας τῶν γυναικῶν ἀρχεῖν; Quid
vero interest, utrum fæminæ gubernent,
an qui gubernant, gubernentur à fæminis?*

ic. I. D.
fīc.allust.
ug.lin. lib.
1. Ep.

*I R A M fuge eaqué aut nulla tibi,
aut aperta esto. Principi viro honestius
puta offendere, quam odisse.* trans vites:
aut aperiat.

Mali

Mali illi obscuri, eoque irrevocabiles. Ibidem.

Qui reponunt odia, quodq; saepe cogitationis indicium est, secreto suo satiantur. Ibidem.

In conuicia
me inquirat.

CONVICIA sperne. Magnam fortunam magnus animus decet, & talium contemptor.

Sen. i. D:
Clement.

xii. A

Pliniu
Paneg

Cuius est proprium, placidum esse Ibidem,
tranquillumque, & iniurias atque offensio-
nes superne despicere.

Vniuersè autem verum est: Conuicia, si irascare, agnita videntur: spreta, exolescunt.

Tac. iv.
Annal.

Famam
cavet.

FAMAM tamen ne contemne: & cogita Cæteris mortalium in eo stare consilia, quid sibi conducere arbitrentur: Principum diuersam esse sortem, quibus principia rerum ad famam dirigenda.

Laus tibi & posteritas in oculis: censesque cetera Principibus statim adesse: Ibidem unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. Nam contemptu famæ, contemni virtutes.

DOCTR

3. Ann

D O C T R I N A M nonnihil ad hunc finem promoue: quæ languet. quo-
x1. Ann. niam sublatis studiorum pretiis, etiam studia pereunt.

Plinius
Paneg.
en. i. De
Clement.
ibidem.
Tac. iv.
Annal.

Ea spiritum & sanguinem sub te re-
cipiant.

1. Ann.
ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

Ita temporibus tuis dicendis, non dee-
runt decora ingenia.

F

I. LIPSI
POLITICORVM
 SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
 LIBRI TERTII

CAPVT I.

Prudentiam Principi pernecessariam. sine eâ vim opes inutilia. miscenda esse. sed primam illam in gubernatione præpollere.

DERTE XVI regiam hanc Virtutum vestem: Prudentiæ telam ordior. quam ut felici pectine percurram & percutiam, te vera Minerua nostra inuoco, ô æterni patris æterna proles. Prudentię ad omnes res humanas usus: in gubernando usus. sed ad imperium maximè. quod sine eâ non solum infirmum sit, sed ausim dice

Hora
Od.
Curt.
IX.

Hora
Odar.

Noct.
demon.

Valer.
Hac. i.v.
Ergon.

dicere nullum. Quis nauim mihi dirigat, sine ferro quod affricuit Siderites? sic nemo rempub. sine mente quam afflauit illa Diua. Vim solam cogites? frustra. Qualis poëtarum ille Cyclops, Parentia hinc
re ea caca,
præceps. amissō oculo: talis Princeps, cui abest lumen hoc frontis.

Horat. III.
Od.

Curt. lib.
11x.

Vis consili expers mole ruit suā.
Nec est diurna possessio, in quam gladio inducimur.

At contrā,

Horat. III.
Odar.

Vim temperatam dī quoque prouehunt

In maius.



Temperatam dico, prudentiæ hac mixturâ. Ρώμην γδ μετὰ φρεγνόσεως, ait Mixta v.
traque si-
caissima. mellitus orator, ὠσέλησεν. αὐτὸν γέ ταῦτα, τολείω τὰς ἔχοντας ἔβλαψε: Nam vis prudentiæ adiuncta, usui est: sine eā, abit magis in noxam.

Noct. ad
demonic.

Nec malè poëta:

-- non solis viribus æquum
Credere. sape acri potior prudentia
dextrâ.

*Imperium
aliisque in
homines.
durum.*

Et certè in gubernatione palam potior: quia sola lene illud frænum est, quo voluntarij rediguntur in obedientiæ gyrum. Ecce, ne animalia quidem cetera domueris sine tractatione quadam & arte: tu speres hominem? quo nullum animal morosius est, nullum majori arte tractandum.

*Sen. I. De
Clement.*

*Qui natu-
ræ refracta-
rij.*

Naturâ nos feroceſ, indomiti, æqui, impatiētes, nedum seruituris. *η οἱ ἀν-* Xenoph. *θεοποι ἐπ' ἀδένας μᾶλλον συνίσανται, η ὅτι πρεδ.* τέττας, *ὅτις ἀν αἰδὼν ἀρχεῖν ἀντὸν ὅπιχει- πεντας:* & homines in nullos magis insurgunt, quam in eos quos imperium in se adfectare sentiſcant.

Et rem vidit, qui scripsit: *πάντες τοῦ* Ibidem. *ἄλλων ζώων πόσον, η ἀνθερόπων ἀρχεῖν:* omnibus animalibus facilis, quam hominibus imperitare.

*Ideo pru-
denzia opus.*

Illam igitur adhibe, & hoc adhibe: *Η φρέγνοις, ἀρχοντοὶ δῆμοι δέεται μόνον:* Arist. III. Polit. Prudentia, imperantis propria & unica virtus.

Sanè omnium temporum euentus doce

Tac. XIII. docebit, & docuit, plura in summâ for-
Annal. tunâ auspiciis & consiliis, quam telis &
manibus geri.

Chius vii
supra vira.

Oraculum non insolens effatus est
ille vates:

Euripid.

Σοφὸν γό ἐν βέλσμα ταῖς πολ-
λαῖς χερσὶ^ς
Νινᾶ.

Mens una sapiens, plurium vincit
manus.

Liu. XL.

Quin addo: *Multa, quæ naturâ impe-
dita sunt, consilio expediri.*

C A P V T I I .

Sed duplicem prudentiam esse: *A se,*
et ab aliis. illam optari, hanc
contingere. Rarum, imò adūnac̄tonū
esse, ut Princeps à se uno satis
sapiat.

I V R E han̄c ergo Principi nostro in-
esse volo, & multò magis adesse.
Nam Sapientum duplex genus Poëta
vetus appositè facit:

Duplex sa-
piensia.

Propria.

Oὐτός μὴ παράσος, ὃς ἀντὸς
μαντεῖονος:

Hesiod.
Oper. 81.Mutuari-
tia.

Ἐθλὸς δὲ αὖτε κακῶν, ὃς εὖ εἰ-
πον πέπτει.

Laudatissimus est, ipius qui cuncta
videbit:

Sed laudandus et is, qui paret recta
monenti.

Et nostra Suada: Sapientissimum esse
dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat
in mentem: proximè accedere illum, qui
alterius bene intentis obtemperet.

Cic. pro
Cluent.

Cumque iis, vel ab iis potius, histo-
ricorum vberimus: Sæpe audiui eum ^{Liuus}
primum esse virum, qui ipse consulat ^{xxii.}
in rem sit: secundum eum, qui bene moneti
obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri
parere scit, eum extremi esse ingenij.

Prior, nimis
vara in pur-
pura.

Et quamquam inter primos Prin-
cipem esse voleam: tamen ad secun-
dos magis admoueam. Primū, quia
nescio quomodo (verè hoc, sed vere-
cundè dicam) siue ætate, siue institu-
tione, siue naturâ etiam, his ab aulâ
prima

Ind.

Cic.
offic.Tac.
Ann.

1. An.

Eurip.
opin.Tac.
Annal.Vell.
1.Tac. x
Ann.

Vell. 1.

Xenop.
ux. Pa.

Iudidem. prima illa animi ingeniūg^m, negata fors est.

Deinde ut eam habeant, tamen cūm

Cic. I. De offic. omnis ratio & institutio vītæ, adiumenta
tur offīcīa.
hominum desideret:

Tum hæc Gubernatoria maximè. ^{Magna}
in quā certum est, Principem suā scientiā ^{enim moles}
non posse cuncta complecti. ^{imperii.}

1. Ann. Nec unius mentem esse tantæ molis
capacem.

Itaque esto mihi

Euripid. opinor. Σοφὸς τύεγγνος τὸ σοφῶν συμβία:
Princeps sapiens, sapientium com-
mercio.

Tac. I. Annal. Et adsumat in partem curarum alios,

Vell. lib. II. Certus magna negotia magnis adiu-
toribus egere:

Tac. xii. Ann. Grauissimog^m, Principis labores, quis
orbem terræ capessit, egere adminicullis.

Vell. II. Åeuum omne videat, raro eminentes
viros non magnis adiutoribus ad guber-
nandam fortunam suam usos reperiet.

Xenoph. uix. Ped. Oλύρα γὰς εἰς ἀριθμόν, καὶ εἰς αὐτοὺς:

Pauca enim aliqua unus videat, unus audiat.

At esse debent ἡστὸι βασιλέως Ibidem.
οφθαλμοὶ, οὐ τὰ ὡτα: multi Regis
oculi, & multæ aures.

Thales mihi, si volet, rex esto. tam
en si de suā unius sententiā omnia ge- Liu. XLIV.
ret, superbū hunc iudicabo magis, quam
sapientem.

CAPUT III.

Itaque Adiutores ei capiendum: idq;
iudicio. Eos duplices esse, Consi-
liarios & Ministros. Qui, &
quam utiles illi!

ADIVTORIBVS enim certè
opus: & hoc regiæ prudentiæ ca-
put censem, adsumere prudentes. Verè
Atticus orator monuit,

Principi a-
niciū opus.

Præcipuum Principis opus esse, ami- Plin. Pa-
cos parare. neg.

Qui verè
orum the-
âaurie.

Nullum enim maius boni imperij in- Ibidem.
strumentum, quam boni amici.

Regi

M
spu
lust.

Cy
pad
nop
lib. n

Arist.
Rhet.
Alex.

Apud
Platon.

Regibus rex hoc crede. Illi Africa-
mici pse no : Non exercitus neque thesauri, praesi-
apud Sal-
luit. Iug. dia regni sunt, verum amici.

Cyro 2-
pud Xe-
nophont. ^{lib. lxx.} Huic Medo : Οὐ τόδε τὸ χειροῦ
σκῆπτρον τὸ ἢ βασιλείων σχετωζὸν ὅσιν,
ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεὺσιν
ἀληθεστὸν καὶ ασφαλέστερον : Non au-
reum istud sceptrum est, quod regnum cu-
stodit, sed copia amicorum ea regibus sce-
ptrum verissimum tutissimumque.

Sed quî parabis? Iudicij hîc res est. ^{Iudicis eli-}
quòd si Principi nostro rectum à natu-
râ vel ab vsu, ô salutarem illum & bono
publico natum! Tamen ego dirigam, &
adminiculabor in parte. Adiutores mihi
duorum generum, Consiliarij & Admi- ^{Bipartiti.}
nistri. Illi, qui lingua & mente in primis
iuuant: Hi, qui manu & factis. Dignissi- ^{Consiliarij}
mi illi, & à magno Philosopho scriptū: ^{eminent.}

Aristor.
Rhet. ad
Alex. Tὸ βελόθεαδ, πὼν τῷ τῷν αὐθεόπων,
Σειβτατόν ὅσι. Consiliari, eorum quae inter
homines, diuinissimum est.

Veteri verbo usurpatum:

Ἐρὸν ἀληθῶς ὅσιν ἡ συμβολία:

Quiddam sacrum profecto consul-tatio est.

Iudem maximè necessarij. Nónne consilio stant regna, vrbes, domus? Ego ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes, usque eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. ubi-cumque gratia, timor, voluptas, ea corrupere, post paullò imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposita est.

Itaque de his iure primò dicam.

CAPUT IV.

Definiti distinctius Consiliarij. Et prima eorum munera explicata, Probitas, et Peritia rerum. denique ostensi illi, indice fama.

A PPELLO Consiliarios, qui AFIDI, RERVM HOMINVM QUE PERITI, SALVTARIA SVGGERVNT, PACE SIVE BELLO.

*Fidi. sue
vita prob. Dixi FIDOS, id est probos. Optimum enim quemque fidelissimum puto.*

Addi

*Plin Pa-
nug.*

*Sallust. ad
Caſ.*

*Arist.
Et uc
Nico
Cap. v*

*Tacit.
Agrie.*

*Cic. II.
Orat.*

*Sall. C
til.*

Ibidem

Plutarc

Addidi RERVM HOMINVM-
QVE PERITOS, id est, prudentes.
*Idem pru-
dentes vni-
versae.*

Arist. v.1.

Ituc ad

Nicom.

cap. viii.

*τὸς γὰρ φρεγίας μάνισα τὴν ἐξουσίαν
φορδύ, τὸ εὖ βελόδειος: prudentis enim
hoc proprium maximè munus arbitramur,
recte consulere.*

Tacit.

Agric.

Tales censco, morum animorumque
provincie gnosco. *Et distin-
cte, reman-
tiae.*

Cic. ii. De

Orat.

Non enim exterios temerè, non ad-
uenas, qui veriloquium hoc imbibit: Ad
consilium de rep. dandum, caput esse, nosse
republicam.

Sall. Ca-

til.

Item Senes. quibus corpus annis infir-
atum, ingenium sapientia validum sit. *Atategrā
der.*

Ibidem.

Adolescentum quidem animi p'e-
rumque parum prouidi: si que molles
& etate fluxi, dolis haud difficulter ca-
piuntur.

Plutarch.

Nec errat verbum vetus: *Consilia se-
num, hastas iuuenum esse.*

Tertiò, fortunâ variâ exercitos. Re-
uerâ enim nocumenta, documenta:
& appositi de se Mithridates, *Mibi
fortu* *Sortis v-
triasque
gnari.*

*fortuna, multis rebus eruptis, usum dedit
benè suadendi.*

Sallust. in
Fragm.

Cum mode
acmi.

Quartò, quod satis sit, acutos. Nam qui nimis, fugio: & arcanum illud dogma ingero. οἱ φαλότεροι τῶν αὐθεόπων Thuc. lib.
τορὸς τὰς ξυνεπατέρες, ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον,
ἀμείνον οἰκεῖ τὰς πόλεις: *Hebetiores,*
quām acutiores, ut plurimum, melius
remp. administrant.

III.

Caussa. quia subtilia illa & ignea in-
genia in assiduo motu, nouandis quām Curt. v.
gerendis rebus aptiora.

Legendi si-
ne ambitu.

At hos tales Princeps qui reperiet?

Non studiis priuatis, nec ex commendatio- Tacit.
ne aut precibus paucorum: Agic.

Testimonia
plurimum.

Sed aut ipse noscet, si potest: aut tan-
get ad lapidem illum Lydium com-
munis Famæ. Singuli enim decipere, &
decipi possunt: nemo omnes, neminem om-
nes fecellerunt.

Plin. Pa-
neg.

Nec malè ille olim ad Principem:
Tales nos crede, qualis fama cuiusque est.

Idem ibi-
dem.

Cypr.
Epist.

Plin. P.
neg.

Tacit. I.
Hist.

CAPVT V.

Explicatum tertium munus, ut salubriter consulant. id inclusum quinque monitorum quasi lineis.

FEc i etiam SALV T A R I A S V G-
G E R E N T E S. meritò. Nónne hic
finis & velut portus quo velificantur
consultores? veri & probi quidem. Per-
uenient autem, si per lineas has diri-
gant, quas signabo. Pietatem primùm
iis ingero, & vt

*Confiliorum gubernaculum, Lex di-
uina sit.*

Vniversè enim verum est, *Nihil rite
nihilq[ue] prouidenter homines, sine deorum
immortalium ope, consilio, honore auspicari.*

Libertatem secundò. vt fortiter, non *Liberi sun-
obnoxie sententias dicant: néve cum^{re}
fortunā potius Principis loquantur, quam
cum ipso.*

Nam Libertas sicut & Fides, in *præ-
sen-*

llust. in
agm.nuc. lib.
I.

urt. i v.

acit.
gric.Cypr. in
Epist.Plin. Pa-
neg.Plin. Pa-
eg.Tactr. I.
Hist.dem ibi-
dem.

sentiā quibus resistit, offendit; deinde il-

Plin lib.
III. Ep. ix.

lisipis suspicitur laudatürque.

Improbi illi, qui veri copiam non fa-
ciunt; sed suspensa, & quo ducantur incli-
natura, respondent.

Taci. xl.
Annal.

Qui ambigui, & ita compositi, ut ex
euēntū rerum aduersa abnuant, vel pro-
spera agnoscant.

III. H. R.

*Constantes
& firmi
functi.*
Tertiò, Constantiam. Nam illaudati,
qui ex alienā libidine huc illuc fluctuantes
agitantur: interdum alia, deinde alia de-
cernunt. uti eorum qui dominantur simula-
tas atque arrogantia fert, ita bonum ma-
lumve publicum existimant.

Sallust. ad
Cæs.

*Sed cum
tempore.* At non Rigorem etiam: nec incon-
stantis putem sententiam, tanquam ali-
quod nauigium, è reipub. tempestate mo-
deriri.

Cic. pro
Balbo.

Nam verè prudens & sapiens, non *Seneca.*
semper it uno gradu, sed unā viâ:

Valer.

cap. 11

Curt. I

Nec se in aliquibus mutat, sed potius *Idem,*
aptat: & vt verbo dicam, non cursum
eundem tenet, sed portum.

Quar

In lib.
Ep. ix.
Tac. 1.1.1.
Hist.
cit. xl.
mal.
1. H. R.
Iust. ad
f.
L. pro
lbo.
leca.
em.

Quarto, Modestiam. & placent illi,
qui specie obsequij regunt; ad omniaque
que agenda sunt, quietâ cum industria
<sup>Modesti &
placidi sun-
to.</sup>
adsunt.

vi. Ann. Arte enim & flexu quodam opus
sæpe: & obliquâ viâ cundum, quò non
licet rectâ. Talis Cornelianus Piso:
nullius fernilis sententiae sponte auctor,
& quoties necessitas ingrueret, pruden-
ter moderans.

i v. Ann. Talis Lepidus: qui pleraque ab sennis
adulationibus aliorum in melius deflexit.
nec tamen temperamenti egebat, cum
equabili auctoritate & gratia apud Prin-
cipem vignerit.

Valer. 1.1.
cap. 1.1. Quinto, Silentium. quia Taciturni-
tas optimum atque tutissimum rerum ad-
ministrandarum vinculum:
<sup>Denique,
ore i resso.</sup>

Curt. i. v. Nec res magnæ sustineri possunt ab eo,
cui tacere graue est.

Arcani ergo ipsi, nec tamen arca-
norum (salubriter moneo) scrutatores.
quia

quia abditos Principis sensus, & siquid
occultius parat, exquirere illicitum, an-
ceps; nec ideo assequare.

Tac. III.
Annal.Tac. I.
Anna.

CAPVT VI.

Quæ vitanda Consiliariis: tñ pri-
mùm quæ impedimenta tñ velut
vada bone Mentis! Ea quatuor
notata.

HÆc loca illa plana, per quæ tutò
explicantur consiliorum vela. Sed
vada etiam sunt & scopuli: quos nota-
bo, quia ludibrium profectò ventis de-
bet, quisquis non cauet. Inter vada mihi
Contumacia est: ad quam non semel
obhaesit suasoria ista ratis. Nam qui-
dam naturâ ita pugnaces, ut

Contuma-
cia, consili-
orum.

Tantùm sententiiis aliorū contradicant.

Tac. I.
Hist.

Qui, consilij quamuis egregij, quod
non ipsi afferunt, inimici:

Indiden-

Et aduersus peritos peruvicaces.

Indiden-

Ne prisa-
tum quidem
utilu.

Bis stulti. siue quòd omnes sapere Lucret
volunt ex suo ore:

Siue

Liu. lib.
XXII.Tac. I.
Hist.Sallust.
Catil.

ac. III.
Annal.

Tac. XIV.
Annal.

Sive quod, siquid auctoritatis in ipsis
est, crebris contradictionibus destruunt.

I Hist. Discordia item inter consuasores. Sicut &
Stimulat enim non raro priuati odio per- distidium.
tinacia in publicum exitium.

Sallust. Tertiò, Affectus. à quibus sanè, Item in
Catil. omnes qui de rebus dubiis consultant, va- hac illamvis
cuos esse decet. pariem af-
fici.

Ibidem. Nam haud facile animus verum per-
uidet, ubi illi officiunt.

Cic. I. Of-
fic. In primis ubi Ira, cum quā nihil rectè,
nihil consideratè fieri potest.

Stat. -- malè cuncta ministrat
Imperius.

Tac. I.
Hist. Liu. lib.
xxii. Indiden
Quartò, Auaritia, siue rei suæ stu- Denique
dium. Ex adyto Patauino hæc sors da- lueri stu-
ta: Priuatae res semper offecere, officienq; dium.
publicis consiliis.

Tac. I.
Hist. Indiden
Lucret. Quid mirum? Pessimum veri affectus Quod cer-
& iudicij venenum, sua cuig; utilitas. rampt omnia
mia.

Sallust.
Catil. Auaritia est, quæ omnia vanalia ha- Et perrum-
bere edocet: put.

Quæ Fidem & Probitatem euertit: Ibidem.
duo boni consilij instrumenta.

Institū maxime mercatoribus. Cui plerique hominum obnoxij: sed Mercurij proles maximè. nec de nihilo lex Thebanis, quæ vetuit τὸν δῆμον ἐπενδυτὸν ἀπεργησθέντας, μὴ μετέχειν δέκανος: eum qui decem ipsos annos à commerciis non abstinuissest, non admoueri ad gubernationem.

Arist. lib. III.
Polit. cap.

Publ.

Herc
lib. vii

CAPVT VII.

Quæ turbamenta, & velut Scopuli bona Mentis? Tres ostensi.

Confidentia
maxima.

AT inter Scopulos, quibus illidi & frangi hæc nauis solet, prima mihi Fiducia occurrit:

Quæ profectò cum sapientiâ non commiscetur.

Cic. pro
Lege
Man.Cui pectus
est in pectus
hoc demissus.

Phœbæa vox est: *Consilia calida & audacia, primâ specie leta sunt; tractatu dura; euentu tristia.*

Liu. lib.
xxxv.Liu. lib.
xxxiii.

Nec te fallet. Nam plerumque ferocii isti, μετ' ασφαλείας μὴ δοξάζοι, Thuc. lib.

p. 7

μὴ δέεσθε τοις ἔργων ἐπείποντας: cum
supinā fiduciā sententiam dicunt, in reipsā
trepidantes deficiunt.

At ego cautum Mimum audio:

Animus vereri qui scit, sicut tu
agredi:

*Canti incō-
filiū, in fa-
cto audaces.*

Publius.

Herod.
lib. viii.

Et mihi, cum Graeco scriptore, ἀνὴρ
χριστὸς ἦν εἰναῖς αἵρεσος, εἰ βελόνη μὲν οὐ μηδὲ
οἱράδεος πᾶν θηλεόμην οὐ παισαρής γεν-
ναὶ τοις ἔργοις Θεοὺς εἴναι: vir εἰς ra-
tione sicut optimus, si in deliberando qui-
dem cunctetur & prætimeat quidquid pote
contingere: in agendo autem confidat.

Thuc. lib. i.

Scopulus alter, Cupiditas. Επιθυμία
μὴ γέλασια ναροθεύτραι, ωφορία δὲ
πλεῖστα: Nam cupiditate pauca recte con-
flunt, circumspectione plurima.

*Cupiditas
refrenanda.*

Cui adiuncta Celeritas, infamis nau-
fragiis in hoc mari. Nam qui cupit, se-
stinet: qui festinat, euertit. *Omnia non*
properanti clara certa, sunt, festinatio
imprudentia est & cœca.

*Celeritas re-
pudianda.*

Lip. lib.
xxiii.

Itaque verè dictum: *Nihil magni* *Prudenter*
vera p̄fici.

discriminis consiliis tam inimicum, quam

Idem lib.
xxxii.

Celeritas:

Itémque: Δύο μὲν ἀνηπότατα τῇ θύ
διελίᾳ, τάχος τε καὶ δρόγη: Duo adver-
sissimae rectæ Menti, Celeritas & Ira.

Thuc. lib.
iii.

Cui tardius amica. Lentos ego amo, lentos: & qui cum
nostro Comico

*Quidquid est incoctum, non expro-
munt, benè coctum duunt.*

Plaut.
Mil.

*Et raro ce-
leres felices.* Nam quòd nonnulli in consultando
temerarij, in exsequendo viri sunt:

Vell. lib.
ii.

Subiti consiliis, sed euentu felices:

Tac. i.v.
Hist.

Cur mouear: scio à casu esse, cui non
fido: magis rationi, & huic dicto: Cele-
res istos celerem pánitentiam, sed eandem
seram atque inutilem sequi.

Liu. lib.
xxxii.

*Nisi in sce-
lere.* Vidimus, videmus, videbimus. sem-
pérque verum, Scelera impetu, bona con-
silia morā valescere.

Tac. i.
Hist.

*Actionibus
tamen ca-
grata.*

Quæ iis propria, sicut Celeritas
actioni. Nam δέ μὲν βελόνεις εἰς
ἵους, τοιεν δὲ τὰ δόξατα μὲν αὐτῆς:

Demot.
Exord.
xxii.

Senece.
Epist.
Com.

dem lib.
xxi.

consulere quidem oportet lente, consulta
exsequi festinanter.

huc. lib.
ii.

Addo à grauissimo viro pondus:

Arist. v. 1. Περίτερον μηδεὶς ταχὺ τὰ βελτιόντα
Eth. cap. βελτιόντα δὲ βερδέως: celeriter delibera-
ix. ta peragenda sunt, deliberandum autem —
tarde.

CAPVT VIII.

Plaut.
Mil.

Vell. lib.
ii.

Tac. i. v.
Hist.

Liu. lib.
xxxii.

Ipse Princeps qui se gerat in audi-
dis consiliis. Dogmata huic rei.

CONSILIARIOS formauit: res
monet, ut etiam ipsum consulen-
tem. Frustra enim illi idonei, si non iste:
& perierit omnis salubrium consilio-
rum liquor, nisi aptum velut vas sit in
quod instillet. Princeps igitur, in ca-
piendis consiliis, hæc seruet.

Princeps
aperte se ad
consilia.

Tac. i.
Hist.

Cx. lib. v.
Com.

Maturè deliberet. Timet, atque eum Tempestime
descicere omnia videntur, qui in ipso nego-
tio consilium capere cogitur.

consulari.

Demost.
Exord.
xxii.

Senec.
Epist.

Gladiatorum hoc est, non Princi-
pum, In arenâ consilium.

Magna in rep. momenta sunt temporum: Cicero
& multum interest, idem illud utrum ante Philip.
an post decernatur, suscipiatur, agatur.

*Quod ratus
in Polyar-
chia,*

Peccatur hic in Plurimum statu. ubi
illud ex libertate vitium, quod non simul, Tacit. in
nec insisi conueniunt: Germ.

Sed & alter & tertius dies cunctatione ibidem.
coenuntum absimitur.

*Ne lente ni-
mis consulari.*

Cauet Princeps. etiam illud: ne in- in Hist.
utili cunctatione, agendi tempora delibe-
rando consumat.

*Eligat &
inducet.*

Neve dies rerum, verbis terat. illic.
Audiat cum iudicio. Turpis Clau-
dianus ille frutex, cui non amor, non xii. Ann.
odium, nisi indita & iussa.

*Non per-
tendat.*

Qui à suis
Ducitur, ut nervis alienis mobile Horat.
lignum.

Tamen sine Pertinaciâ. quia illud
Marci Principis diuinum: *Aequius est,* Capito
ut ego tot talia inque amicorum consilium in M. A.
sequar, quam tot talesque amici meam tonino
vnius voluntatem. Philol.

Senten

Veg.
III.

Plut.
poph.

Curt.
lib. vi

iii. Hi

Capit.
in Go
jun.

Thuc. I
III.

icero
nihil.

Veget.lib.
111.

Sententiam suam celet: ex hoc præ-
cepto. Fieri quid debeat, cum multis
tractat: quid facturus sis, cum paucissimis,
vel potius ipse tecum.

*Non app-
riat.*

Ibidem. Sanè anima consilij, secretum: & nulla
sunt meliora consilia, quam quæ ignorauer-
it aduersarius antequam fierent.

Plut. A-
popht.

III. Hist.

Lib. VIII.

Illuc.

xiiii. Ann.

Curtius.

Regum opes sæpius assentatio, quam
hostis euerit.

Liberos
amet.

Adulantes
oderitis.

At mihi salus illius desperata est, *qui noxij.*
cuius aures ita formate sunt, ut aspera
quæ utilia, & nihil nisi incundum & la-
furum accipient.

Capitol.
in Gord.
jun.

Horat.

Capito
in M. An-
tonino
Philol.

Taue. lib.
iii.

Miser est Imperator, apud quem vera
reticentur.

Sine discrimine audiat. & nec bo-
na quidem consilia præmiis adficiat
(arcانum dogma suggero:) ne quis spe
adipiscendi à vero deflectat, & *ωδη*
νόμου τι καὶ ωρὸς λαίεν λέγοι: prater

*Non pra-
mia consiliu-*

animi mentem aliquid, & ad gratiam loquatur.

*Non penas
statuerat.*

Sed nec mala suppliciis. *Defuturi* *Curtius*
enim sunt qui suadeant, si male suasisse *lib. 111.*
periculum sit.

Et sane non melioris fidei habendi, *Ibidem.*
qui prudentius suaserint.

*Successus
enim à for-
tuna, siue
dea.*

*Id est, Felicius. Nam profectò sepe
praua magis quam bona consilia prospere
eneniunt. quia plerasque res Fortuna ex
libidine sua agitat.*

Imò,

Centum doctūm hominum consilia *Plaut.*
sola hæc deuincit dea. *Pseud.*

*Et quādā
suprānes.*

*Cum quā (extremum id moneo)
ne pugnet. & ardua illa atque implexa
consilia, quibus impar est, fato permittat.*

*TAC. VI.
Ann.*

CAPVT IX.

*Spēnēndā occulta Consilia, ab
Aulæ seruis.*

*Aulici Co-
filiarij im-
probij.*

*A D D O breuem, sed magnæ rei
notam. ut spēnat genus illud
Dome*

*TAC. I.
Ann.*

*Cic.
Qu. E
epist.
lib. 1.*

Ibid.

Ibide

*Vopiscu
in Auri-
lano.*

Curtius
ib. 111.

Ibidem.

Tac. III.
Ann.

Sallust.
Cæs.

Plaut.
Pseud.

Tac. VI.
Ann.

Vopiscus,
in Aure-
lian.

Ibidem.

Cic. ad
Qu. Frat.
epist. 1.
lib. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Domestici consilij, quod per prauam prudentiam non nemo sibi sumit. Id ferè constat ex Aulæ quibusdam mancipiis:

Quibus omnia Principum, honesta atque inhonesta laudare mos est.

Qui placita loquuntur.

Qui aures eorum fictè & simulatè, questus sui causâ insuffrunt.

Rem suam quarunt.

Ah caue, caue. & quisquis priuatim tibi seruus, is de iis rebus que ad officium imperij tui atque ad aliquam partem reip. pertinent, nequid attingat.

Quantumuis ille idoneus, tamen species ipsa gratosi liberti aut serui, dignitatem habere nullam potest.

Principem de honestat.

Minus, fructum. & clamat tibi ipsa Veritas: Hi sunt cubiculares illi consiliarij, à quibus bonus, cautus, optimus venditur Imperator.

Imo & videntur.

CAPVT X.

*Dictum de Administris. & nota
triplex, ad quam legi eos opor-
teat.*

plin.
neg.

IAM QVE plenè absolui de Consi-
liariis: transeo ad genus alterum Ad-
iutorum, Administris. Eos dico, **QVI**

Vell. I.
11.

Ibiden

*Admini-
stri Princi-
pu.*

PVBLICE AVT PRIVATIM
PRINCIPPI EXHIBENT IN
FVNCTIONE ALIQUA SVI
VS V M. Publicè: vt sunt Praefecti,
In publico. Præsides, Quæstores, Iudices, & vno
verbo ij omnes qui tangunt imperij aut
reip. partem. Priuatim: vt sunt ij ferè,
In Auld. qui ad Aulæ saltem usum aut splendo-
rem adhibentur: quos suo proprioque
verbo dicimus, Palatinos. De his minus
est. illos qui in publico versantur, eligi-
suadeam cum curâ: & in primis à triplici
hac notâ.

Apud
pitol. i.
Alex.

*Elegens à
Genere.* **V**t Genus in iis honestum. Benè
enim Philosophorum columen: Εἰκός
βελτίστης ἐγώ, ταῦτα ὡς βελτιόνων: Par est me-
liores esse, eos qui ex melioribus.

Claud.

Cic.
Qu. Fr.
epist. 1Tacit.
Agtric.

Arist. Polit.

Et

Plin. Pa-
neg.

Et sanè vilis ille, qui viles tantum sibi ^{Viles p̄fer-}
admouet: præcipuumque indicium non
magni Principis, magni liberti.

Vell. lib.
11.

Excipio, si eximia in talium aliquo ^{Nisi insigni}
virtus. Tunc enim libens fatear, Opti- ^{aliqua vir-}
mum quemque esse nobilissimum. ^{miae.}

Ibidem.

Et in cuiuscumque animo virtus insit,
ei plurimum esse tribuendum.

Apud Ca-
pitol. in
Alex.

Nam nota mihi altera, Vita est: quam ^{Probi. eli-}
super omnia specto. Légi enim: Melio- ^{gendi.}
rem esse remp. & propè tutiorem, in quâ
Princeps malus sit, cā in quâ mali Princi-
pis ministri.

Moribus ergo probi sint: valeatque
illud,

Claud.

-- emitur solâ virtute potestas.

Cic. ad
Qu. Frat.
epist. 1.

Malis famosisque nihil crediderit, ^{Non infâ-}
nullam existimationis suæ partem com- ^{mes.}
misericorditer.

Tacit. in
Agit.

Imò nec ambiguis. Nónne melius ^{Non anci-}
officiis & administrationibus non pecca- ^{pites.}
turos preficere, quam damnare cum pec-
carint?

Arist. v.
Polit.

Ego

Principes
peccat, quic-
quid illi.

Ego censeo. nam in Principem
culpa cunctorum redit.

Sene.
Med.

*Qui non vetat peccare cum possit,
inbet.*

i. Anna.

Illi incumbit in hac custodiâ imperij,
ut non se unum modò, sed omnes mini-
stros ciuibus & reip. præstet.

Cic. ad
Qu. Frat.

*Apti ab in-
genio . eli-
gendi.*

At nota tertia, Ingenium est. quod
quia varium in nobis, Καὶ ὁ μὲν τρόπος
πολιτείαν, ὁ δὲ τρόπος πόλεμον δύνεται-
εσθε: ille ad ciuilia, hic ad bellica, naturā
aptior.

*Quisque
pro inclina-
tione.*

Primum illud est, ut possit ἔκαστον Ibidem.
ἔκαστη χρεία, καὶ τὸ οἰκεῖον, ταπεινούμοτειν:
quemque, cuique functioni, pro indole sua,
admoduere.

Eodem
bro.

Plutar.
Politie.
Præcept.

Eodem.

Mæcenas enim aptè quædam ob-
luerit, quæ non Agrippa. & rectè
poëta:

*Omnia non pariter rerum sunt omni-
bus apta.*

Proper.
lib. iii.

*Non nominis
alti.*

Alterum, ut ingenia inspiciat: id est,
recta eligat, nec tamen erecta. Scilicet,
ut pares negotiis, neque supra sint.

Tac. v.
Annal.

Tibe

Tiberiana cautio non de nihilo. qui

I. Annal. nec eminentes virtutes sectabatur, & rursum vitia oderat. Ab optimis, periculum sibi: à pessimis, dedecus publicum metuebat.

Medij ergo optimi; quibus olim &

III. Ann. nunc tutissimò secreta Principum innixa.

Eodem lib.
Plutar.
Politie.
Præcept.
Ibidem.

Quò mihi Labeo aliquis incorrupta libertate?

Eodem. Capitonis obsequium dominantibus magis probatur.

Ista suadeo: an persuadeo? ægrè. Nec scio quomodo Aulica hæc comitia affectus dirigit: & fato quodam ac forte na-
scendi, ut cetera, ita Principum inclinatio in hos, offendit in illos est.

C A P.

Propter
lib. III.Tac. vi
Annal.

CAPVT XI.

*Administris ipsis præcepta tradita,
eorum tutelæ. Primum Minoribus,
inde Maioribus. Ancipitem
omnem Potentiam esse in Aulâ.*

NE c de Administris, plura diffe-
nero : quædam, ad ipsos. O boni, lu-
brica vestra vita & via est, qui in Aulâ
versamini : in quâ, ut verè vir sanctus
dixit,

*Per pericula, peruenitur ad grandius
periculum.*

Itaque acri circumspetione & cu-
stodiâ vobis opis contra lapsum. Ego
fulcio his præceptis. Vos qui Minores
in Palatio,

*Obsequium
Administris decet.* Obsequiosi este. Nam quanto quis apud Principem obsequio promptior, ho-
noribus & opibus extolleatur.

Sui usus. Utibiles ne sitis dicto veteri, *Tineæ &
forices Palati.*

Auda

Sene-
Trag. H.
pol.

Plin. P.
neg.

Vell. IL

Eodem
libro.

Augu-
viii. Con-
fess. ca.v

Tac. xvi.
Ann.

Claud. de
Prebini
& Ol. c6-
iul.

Tac. I.

Annal.

Tac. III.
Ann.

Confla-
tini Imp-
diarium.

Audaculi. Nam profectò

Andacia.

Senec.
Trag. Hip
pol.

*Malus est minister regij imperij
pudor.*

At vos qui Maiores, cauete ne vo-
plin. Pa_g bis tales. & *vestrā vos, non Principis*
neg. *fortunā metiamini.*

Vell. II. Quod agitis, sine iactantiâ agite. *Quieta
alio.*
placent illi, qui *actu ociosis simillimi.*

Eodem librd. Qualis ille Piso: quo nemo aut va-
lidius otium dilexit, aut facilius suffecit
negotio: magisque quæ agenda sunt egit,
sine ullâ ostentatione agendi.

Aug_{ust}. VIII. Cet-
fess. c. vii. Inuidia sic vitabitur. cui amoliendæ, *Virtutum
diffimilat-*
Ann. TAC. XVI. nonnemo delapsus est ad *vitiorum etiam in-*
imitamenta.

Claud. de
Prebini
& Ol. cō-
sil.

TAC. I. Annal. *Mæcenates illi hoc spectarunt,*

-- *quis mens circumflua luxu
Non erat intactum vitio seruare vi-
gorem*

Confus-
tini Im-
diūm.

TAC. III. Ann. *Et callidus Crispi nepos. qui diuer-
sus à veterum instituto, per cultum &
munditas luxu propior. Suberat tamen
vigor animi ingentibus negotiis par, eò
acrior*

*o virum
verè ad
Aslam!*

acrior quod somnum & inertiam magis ostentabat.

*Accepta
omilia prin-
cipi referat.*

Qui sapis, capis, etiam istud : ut nihil tibi adscribas, nec ad famam tuam gestis exultes, sed ad auctorem & ducem, ut minister, fortunam referas.

Tacit. is
Agrie.

Luna inquam esto, & gloriæ tuæ omne lumen refunde illi Soli. Hæc est conditio regum, ut casus tantum aduersos hominibus irribuant, secundos fortune suæ.

Æmil.
Prob. in
Datame

Tac. T.
Hist.

*Sibi labores
capiat, glo-
riam illi.*

Benè Agrippa duovī παρῆντ̄ ἐπὶ αὐ-
τρια τὸν σωθισμόν, τὸν διχειρίας
ἀντὸν τὸν περιγέμιτον ἀπωλότηταν, τὸν
δὲ διὰ πατρόθεστον σφῶν ἀνείροις φυλασ-
σεῖν : Duorum admonebat virum in Aulâ
saluum futurum : Vnius, ut difficulta-
tem rerum ipse amoliretur : alterius, ut
gloriam impositæ summae manus illis re-
linqueret.

Dip lib.
XLIX.

Senec.
Pax. li.
IV. Quæ
Nat.

*Patientes
sunt.*

In vniuersum autem, in Aulâ per-
ennare vultis ? duo hæc adsumite.
Patientiam : veterani illius exemplo.
qui interrogatus, *Quomodo rariſimam*
rem

Sallust.
Iug.

Tac. XII.
Annal.

III. Ann.

Sen. i. 1.
De ira.

*rein in aulā consecutus esset, Senectutem?
Iniurias inquit ferendo, & gratias agendo.*

Tacit. in
Agrik.

Item Cautelam. quia multi vobis Extremi
cauti.
laquei, &

Senec.
Hippol.

Fraus sublimi regnat in aulā.

Sallust. ad
Catf.

Illic ad reprehendenda aliena dicta &
facta, ardet omnibus animus, vix satis
apertum os, aut lingua prompta videtur. Fraudum
enim s̄ides
aula.

Æmil.
Prob. in
Datam:

Tac. t.
Hist.

Illic insidiatores & hostes: qui se-
cretis criminationibus infamant igna-
rum, & quo incautior decipiare, palam
laudatum.

Dip. lib.
XLIX.

Senec.
Pax. lib.
IV. Quæst.
Nar.

*Cur te fallam: cum omnia xaueris,
per ornamenta ferieris.*

Tac. XIII.
Annal.

Imò ut nemo te euertat, cades spon-
tē. quia Nihil rerum mortalium tam in-
stable & fluxum est, quam potentia non
suā vi nixa. Potentia ea
lubrica.

VIII. Ann.

Vide mihi illos Emeritos: speciem
magis in amicitia Principis, quam vim
retinent.

Sallust.
op.

Siue id vitio regum fiat, quorum Reges mu-
taviles.
H

voluntates ut vehementes, sic mobiles,
sæpe sibi ipsæ aduersæ:

Fatus incertus Siue fato potentiae raro sempiternæ.
et satias capit aut illos cum omnia tribuerunt, aut hos cum iam nihil reliquum est quod cupiant.

Tac. III.
Ann.

Inopinatus. Et ô benè si non Aratæa aliqua vox crumpat: Ταῦτ' ἔστιν ὡς Κεφάλων ὅπι χειρὶ τεθεννυμηνὸς φιλίας: Hec sunt, ô Cephalo, premia regiae amicitiae.

plut. in
Arat.

Ista eueniunt: nunquam mihi. &

*Nos præcul
à lœne &
fulmine.*

Stet quicumque volet potens
Aula culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.

Sene.
Thyest.

I. LIPSI

I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
 S I V E
C I V I L I S D O C T R I N A E
 LIBRI Q VARTI

C A P V T I.

*Propriam Prudentiam, id est, eam
 quam inesse Principi volumus,
 præceptis difficile alligari. Late-
 fusam esse, Instabilem, & Obte-
 ctam. Itaque aliquid de ea, non
 plenè à nobis præcipi.*

A LIENÆ Prudentiæ semi-
 tam decurri: aperitur mi-
 hi campus Propriæ, sed ve-
 rè campus. in quo certam
 viam aut limitem quis comprehendet?
 Diffusa nimis res est, Confusa, Obscura.
 Diffusa primū. quid enim latius sc,

*Prudentia
materies.
mores res
humanæ.* quām res humanæ, pandit? quarum omnium Prudentia est, immo & singularum. Philosophum audi:

*Ea q̄ singu-
ariter in-
pedita.* **M**ūtū nōq̄ ēnāstā b̄sīn n̄ p̄egnōtis, & p̄o-
erma r̄ynd̄ dī ēp̄ntēp̄ias: Rerum singula-
rum Prudentia est, quæ notæ homini per
Usum fiunt.

Atqui res singulæ, infinitæ sunt: quas adeò non scientiā, ut nec numero complectare.

*Precepta enim finita esse debent, &
certa:*

*Siqua finiri non possunt, extra Sapien-
tiam sunt.*

*Circa res in-
certas ver-
satur.*

*Ipsa quo-
que mobi-
lus.*

Iam Confusa eadem. quia reuera instabile totum & fluctuans est, quod Prudentiam vocamus. Quid enim aliud ea, quām electio rerum quæ aliter atque aliter sese habent? Quod si illæ incertæ: etiam ipsa. cō magis, quod non rebus solū deuincta, sed iis quæ rebus adstant. Tempora, loca, homines adspicit: & pro minimâ eorum mutatione ipsa se mutat. adeoque non

Arist. v.
Eth. cap.
viii.

Senec.
Ep. xciv.

Ibidem.

Ariſt.
Eth.
111.

Plin.
neg.

Lucr.
lib. v.

non ubique vna, ut nec in viâ re vna.
Scientia autem alia natura est: &

Arist. v.1.
Eth. cap.
111.

Πάντες γένονται τούτου, οὐδὲ διατίμενα,
μηδὲ τρόπος αὐτῶν ἔχειν: Omnes censemus,
quod scimus, natum non esse Va-
riare.

Sanè incertum aliquid, nemo rede-
gerit in certa hæc & stricta præcepto-
rum vincla. Denique Obscura eadē
quia res euentūisque omnes humani in
altâ nocte.

Tenebris,
est, ob causas
sunt ignoratae

Plin. Pa-
neg.

Nam occultat eorum semina deus, &
plerumque bonorum malorumque caussæ
sub diuersâ specie latent.

Quis in rebus etiam obuiis non su-
spicatur potius de caussis, quam cognoscit? Sine caussis autem Scientia non
est, nec traditio illa firma. Addo, quod
in publicâ & Ciuiti hac gubernatione,
et si in terrenis rebus, pleraque tamen
caussæ ab alto sunt, nec reperiendæ in
hac terrâ.

Lucret.
lb. v.

Visque adeò (ut ille exclamat) res
humanas vis abdita quadam

H 3

*Obterit, & pulchros fasces sauvāsque
secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere
videtur.*

Itaque (verum fateamur) ego & alij hīc caligamus ; nec est quisquam qui ad plenum præcepta Prudentiæ non dicam tradiderit, sed tentārit. Quid ergo? quiesco, & silco : res & ordo vetant : & faciam potius quod in Syrium aliquo æquore deprhensus. & quoniam clausum directumque iter tenere non possum, confusè viam aliquam signabo, velut astris. O tu me adiuua, qui super astra.

C A P.

CAPVT II.

Diuisa Prudentia Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Diuinam. De hac ostensum, curam Principi esse. Vnam Religionem retinendam ei, & defendendam.

PRUDENTIA OMNIS, quam in Principe quæro, duplex est: Togata & Militaris. Illam intellego, QVÆ IN COTTIDIANA HAC GUBERNATIONE, TRANQVILLISQVE REBUS, INTERVENIT. Istam, QVÆ IN BELLO, REBV'S QVE TVRBATIS. Illius materies iterum duplex; Res Diuinæ, Res Humanæ. In rebus Diuinis versari cam dico, QVÆ SACRA RELIGIONEM QVE TANGIT ET DIRIGIT, QVATENVS TAMENTUM PRINCIPIS EA CVRA. Iustè & conuenienter sic limito. quia non Principi liberum in sacra ius. absit.

TogataPrud-
dentia.

Militaris.

In Diuinis
Prudencia.

sed inspectio quædam, idque tuendi magis quam cognoscendi causâ.

*Religio, eam
pert. in rep.*

Sanè in omni republicâ Περφτον, ἢ
ὧδι θεων έπιμελεία: Primum est, curatio
rerum diutinarum.

*Ceranda
Principi.*

Ad quem autem ea potius, quam
ad Principem pertinet? Δεῖ γὰρ τὸ δέ-
σσον ωτὸν τῶν δέσσων τιμᾶς, καὶ τὸ ἀγε-
μονὲν ωτόν, & ἀγεμονεύτον: Decet enim
quod optimum est, ab optimo coli; & quod
imperat, ab imperante.

*Tutela
causâ.*

Nec deceat solum, sed expedit. Tu-
telæ tuæ primum: quia verissimè Cy-
rus ἐλογίζετο, ως εἰ πάντες οἱ κοινῶνες Xenoph.
θεοτελεῖς εἶεν, οὐτοις αὐτοὺς ἐδίλειν τῷ
τε ἀλληλες ἀνόσιον τηνοῖν, ηδὶ τῷ Εὐ-
τόν: ratiocinabatur, si omnes Familiares
(imò & Subditi) dei metuentes essent,
minus eos aut inter se aliquid illicitum
patraturos, aut in ipsum.

*Augmentum
causâ.*

Ad augmentum etiam Imperij. Sci-
to enim ταῦτα θεος οὐ μέγες τοῖς ηλι-
αον ὡταῖς πιμώσι: deos priores esse in
eos, qui maximè illos colunt.

Arist. vii.
Polit. cap. viii.

Diogen.
Stoic. a-
pud Stob.

Ota.
Aef.
ipon.

Lia.
ita c.
XII.

Eod. I
up. vi

Xenoph.
Pax. lib.
viii.

Diodor.
Scul. I
ii.

Aristot.
Rhet. ad
Alex.

Mate.
quid Die
sem Ca
sim, L.

Ausus

Ausus gloriari Tullius: Romanos,

Orat. de Ausp. re-
spon. non calliditate aut robore, sed pietate
ac religione omnes gentes nationesque su-
perauisse.

Iam verò publicè, quî salui simus
Lia. De statu Pa-
lia cap. blbi canssa.
xii. nisi illâ saluâ? Religio & timor dei salus
est, qui custodit hominum inter se socie-
tatem.

Eod. lib.
cap. viii. Tolle hoc vinculum: vita hominum
stultitia, scelere, immanitate complebitur.

Idemque, si confundis. Nec enim
audiendi Aegyptij illi reges, qui va-
riam & miscellam religionem induxe-
runt, stabiliendo, ut putarunt, sceptro:
Non ea mi-
scenda.

Diodor.
Scul. lib.
ii. Καὶ ὅπως μηδέποτε ὄμοιονται δύοντος) οἱ
νερτοί Αἰγυπτοι: & ne unquam conspirare
inter se Aegypti omnes possent.

O fatui! Vnionis auctor illa vna: &
à confusa eā, semper turbæ. Musa-
rum ille pater quanto melius! cuius
hoc ad Augustum monitum exstar-
Vna, opti-
ma.
Τὸ πῦρ θῖοι πάντη πάντως ἀτός τε
σ. Ες νῦ τὰ πάτερα, νὺ τὰς αἶμας πηγὴν
ἀδύνητε: Diuinum illud numen, omni-

modo, omni tempore, ipse cole iuxta leges patrias: & alij ut colant, effice.

Puniendi,
qui variat.

Addit. τὰς Ἰεράς οὐτας ποιεῖ αὐτὸς Ibidem.
 η μίσος εἰς πολλαχές, μὴ μόνον τὸ θεῶν ἔργα,
 ὡν κατεργηνος εἰδούσας ἀλλα τὸν Θεόν πο-
 τιμότερεν, αλλ' ὅτι καὶ τὰ δαιμόνια
 οἱ τοιοῦτοι αὐτεισφέροντες, πολλὰς αὐτοπε-
 θεσιν ἀλλοτριονομεῖν. Κακὴ τέττα, καὶ
 συνωμοσία, καὶ συστάσις, ἐταρπάτε γί-
 γνονται, ἀπερι ἡκίσα μοναρχία συμφέρει:
 Eos verò qui in diuinis aliquid innouant,
 odio habe & coērce. non deorum solunz
 causā (quos tamen qui contemnit, nec
 aliud sanè quidquam magni fecerit) sed
 quia noua quædam numina hi tales intro-
 ducentes, multos impellunt ad mutationem
 rerum. Vnde coniurationes, seditiones,
 conciliabula existunt, res profecto minime
 conducibiles Principati.

O verba, ab impio & ad impium,
 nimis pia: Hæc vera prudentia: &
 Principi qui sapit, religio & veneratio
 nulla alia nisi unius Dei tenenda est.

Mos probus
& veteris sit
mandatis.

Et tenenda ex ritu veteri. Maibrum
insti

Cic. II.
Diuina

Aristoteles
Rhet. a
Alex.

Iustini
lib. VIII

Lactanius
lib. V. In-
stit. ca. x

Lactantii
Instit.
cap. XX.

Cic. 11. de
Divinat. *instituta tueri, sacris cérémoniis que reti-
nendis, sapientis est.*

Aristot.
Rhet. ad
Alex. *Kai τὰ πάτερα ἐδν ὡρὰ πῦσι πα-
τέλαινεν αἱ νόοι έστι: & patrios ritus mi-
grare aut violare, ubique gentium nefar-
ium habetur.*

Iustinus
lib. viii. *Puni igitur, si quis turbat. Iure ille à Vindicādū
dis proximus habetur, per quem deorum
maiestas vindicatur.*

Lactant.
lib. v. In-
frit. ca. xx. *Seriò, seriò, hoc imbibe: Nihil esse in
rebus humanis religione præstantius, cám-
que summā vi oportere defendi.* Omnī vi de-
fendendū.

CAPVT III.

*De vna religione amplius quæsitum.
Nunquamne dissidium ferri pos-
sit? saltem in tempus. idq; qua-
damtenus videri.*

*E*RGO firmiter hæc nostra senten-
tia est, Vnam religionem in uno
regno seruari. Quæri tamen duo pos-
sunt: Semp̄ne puniciendi qui dissen-
tunt, & An omnes? Qua de re ut
disse

differam, non Curiositas me impellit,
sed publica Utiles, & præsens hic Eu-
ropæ status, quem nego me sine lacry-
mis intueri. O melior mundi pars, quas
Calamitas Europa à d'fido Religio- ligatum.
dissidiorum faces religio tibi accendit!
Colliduntur inter se Christiane reipub.
capita, & milioni aliquothomines perie-
runt ac pereunt per speciem Pietatis.
Calumnia- tur. quis mederi vult.
Quis hic silebit non ego & quantum
cum Platōne sciens. *Codice Corin- toi ad- te. apoc. 18. 20. 25. calumpnia hec omni- xia in vulgus.*

In Eury- phie.

Martia

Liuus
I.LV.

Nec quicquam tam probè aut pro-
uidè hic dicis quod non vellicare maligni-
tas possit:

Seneca
Epist.*At nos ce- nabissemus.**Obnoxij ta- men Pre- dentiorum iudicium.*

Tamen subibo hoc discriminem, & pro-
virili aquam infundam in Sacrum hun-
ignem. Hoc excusatius quod consilia,
non decreta adfero; nec assero aliquid,
sed pono. Tu qui legis, scito à piâ puta-
que mente hæc esse & si ipsa aliter sub-
iici à me, iis quorum propriæ cognitio-
hæc & censura.

Arist. III.
Polit.Sen. II.
De Ira.*Pecantes in reliquo, dulices.*

Vt rem intellegas, duo genera co-
rum facio qui in Religione peccant:
qui

Vulgi, meo iudicio, triplicis. Tui,
Finitimi, Vniuersi. Tui. quid enim ma-
gis necessarium, quam ut eum nōris
cui præs?

Martial.

*Principis est virtus maxima, nosse
suos.*

Finitimi. iure: quia res tibi s̄aþe
cum eo & foedera. Variant autem in-
genia, & sunt tam ciuitatum quam sin-
gulorum hominum mores: gentesque aliae
iracundæ, aliae audaces, quedam timi-
dæ: in vinum, in Venerem proniores aliae
sunt.

Vniuersi etiam: quoniam motus qui-
dam affectusque sunt, quos communi-
ter reperias in omni hominum gente.
Quos nisi nosti, qui ad eos te compo-
nas? Scriptum olim: Οὐτέ εἴσιν εὖ ἀρεταῖς
τὸν μὴ δεχόμενον: Non est ut recte imperet,
cui non imperatum.

Siue, ut vertit noster Sophus: Nemo
bene imperat, nisi qui ante paruerit im-
perio.

Recte. non quia omnes reges vo-

Liuius
11 v.Arist. III.
Polit.Ien. 1 L.
de Ira.

luerint esse è subditis : (minimè. multi
in purpurâ nati, & à successione ferè
regna) sed hoc indicaentes, ingenia & in-
clinationes subditorum imperanti no-
scenda, sic tanquam ipse inter eos. Audi
*A notitia
affectionum,
reictum in-
perum.*
senem illum Principem: Ut ille simus idem
ac breuissimus rerum bonarum malarumq;
delectus, cogitare quid sub alio Principe
aut nolueris aut volueris.

Audi regium suasorem: Av̄ δσα ἀν
ἔπερόν πνα αρχαντί σος ποιεῖ ἐθελόντης,
ταῦτα ἀντὸς ἀπεπάγεται τὸ μεράντης
εἴτε η ἀμφιπον, καὶ πάντα πατροφωνες,
καὶ τέττα η ἴδισσας ἡ ανινδιωτατα βιώ-
ση: Si omnia qua alium quemuis in te im-
perantem facere velles, ea ipse tuā sponte
feceris: nec peccabis quidpiam, & omnia
ritè diriges, & vitam ex eo iucundissi-
mam simul & tutissimam viues.

Vnde ī no-
scendi?

Tu igitur hæc disce. Vnde? à Percun-
atione, ab Uſu, à Libris. à Me etiam
non nihil, qui præcipuos popularium
Affectuum depingam hīc tibi ut in ta-
bellā. Vulgus omne

INSTA

Cic. p.
Muzza

Idem p.
Domo.

Galbam
apud Ta-
cita. Hist.

Tac. I.
Hist.

Mæca
apud Dio-
nē lib. u

Tac. I.
Hist.

Cic. pro
Blanc.

Ibidem.

Idem p.
Rofcio.

Tac. II.
H.R.

Cic. pro
Murena.

Idem pro
Domo.

Galbam
apud Ta-
cita. Hist.

Tac. I.
Hist.

Mæcen-
apud Die-
næ lib. II.

Tac. I.
Hist.

Cic. pro
Flanc.

Idem pro
Roscio.

Tac. II.
Hist.

I N S T A B I L E. Vulgo nihil incertius. Brevius etiam
index.

*In multitudine est varietas, & crebra
tanquam tempestatum, sic sententiarum
commutatio.*

A F F E C T U S ponit, aut sumit. *Vt* Pronuntiatur
affactus.
*est mos vulgo, mutabili subitis, & tam
prono in misericordiam, quam immodi-
cum sequitur fuerat.*

Q u i n d u . *Nec quicquam facilius, quam in quem-
libet affectum mutare populum.*

I V D I C I I E X P E R S. *Plebi non* Sine inde-
cio.
indictum, non veritas.

*Non dilectu aut sapientia ducitur ad
indicandum, sed impetu & quadam etiam
temeritate.*

I b id e m . *Non est consilium in vulgo, non ratio,
non discrimin, non diligentia.*

E x o p i n i o n e multa, ex veritate pauca
indicit.

V u l g u s vacuum curis, & sine falsi ve-
rique discrimin solitas adulaciones edo-
ctum.

Adhuc turba. AD PLVRES inclinat. Multitudine vulgi, more magis quam iudicio, post aliis alium quasi prudentiorem sequuntur:

Sallust. ad
Caſ.

Pecorum ritu, antecedentium gregem.

Sen. De
vit. beat.

Inuidet. NATVR A INVIDVM. Aebris oculis alienam felicitatem intuetur.

Tac. 11.
Hist.

Prauo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vtitur, deteriori atque infirmiori fauet.

Liuuius
XLII.

Suspiciari. SVSPICAX. Municipale vulgus pronum ad suspiciones.

Tac. 11.
Hist.

Mos vulgo, quamvis falsis reum subdere.

1. Ann.
111. Hiſt.

Omnia credere. CREDVLVM. Facilis ciuitas ad credenda accipiendaque omnia noua:

1. Hiſt.

Præsertim cum tristia sunt.

Ibidem.

Quoquomodo audita pro compertis habent.

111. Ann.
1. Hiſt.

Aſe angere. RES AVGET. Cuncta, ut mos famae, in maius credita.

Eod. lib.

Sic

Lucan. i.

-- Sic quisque pauendo
Dat vires famæ: nulloque auctore
malorum,
Quæ finxere, timent.

Silius i v.

-- traduntque metus, nec poscitur
auctor.

Ibidem.

Adstruit auditis, docitis per ina-
nia rerum
Pascere rumorem vulgi pauor.

Tac. i.
Hist.

Vagus primum & incertus rumor. mox,
ut in magnis mendaciis, interfuisse se qui-
dam & vidisse adfirmant: credulâ famâ
inter gaudentes & incuriosos.

iii. Hist.

C O M P R I M I N E S C I T . Prohi-
biti per ciuitatem sermones, eoque plures;
at si liceret, vera narraturi, quia veta-
bantur, atrociora vulgauerant.

Vetus lo-
quuntur.

ii. Hist.

Vagis per urbem militibus, qui ser-
mones populi coercerent. id præcipuum
alimentum famæ erat.

i. Hist.

Publica exspectatio magni secreti im-
patiens: & male coercitam famam sup-
primentes augebant.

Pendet in **TURBIDVM.** *Vulgus cuiusque motus noni cupidum.* Eod. lib. Liu. vi.

Ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum. Sallust. Iug.

Vtique si quis concitat. **Præsertim SI DVX SIT.** *Vt mare, quod suâ naturâ tranquillum est, ventorum vi agitatur: sic populus suâ sponte placatus, hominum seditionorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, attollitur.* Cie. pro Cluent. Ibidem

Nam vulgus sine rectore, præceps, pauidus, secors. Tac. i v. Hist.

Vereque dictum, Nihil ausuram plebem principibus amotis. 1. Annal.

Calidos amas. **FAVET FERVIDIS. & plebe iudice, τὸ σωφρον τὸ ἀνάρδε τρόπον μη: καὶ τὸ ὄφος ἀπαντετὸν, θηταν δέργον. τὸ ἐμπλήκτως ὄξυ, ανθρὸς μοίχα προσεπειθ. quidquid modestum, ignavia speciem habet: quod circumspectum & prouidum, segnitiae. quidquid autem abruptum & præceps, id vero forte & virile censetur.**

Ideò

Thuc. iii.

Sall. Or. Marcij.

Liu. xx.

Tac. i. Ann.

od.lib.

Iliu. vii.

Ideò vincit in eâ plerumque pars ma-
ioris animi, quâm consilij.

Sallust.
ug.Tac. i v.
Hist.

Et grati stolidi, ac recordi facundia.

Cie. pro
Cluent.

i. Hist.

NEGLEGIT REM PVBLI- Republica
CAM. Magnitudine nimia, communium neglegens.
curarum expers populus.

Tac. i v.
Hist.Sallust.
Orat. Phi-
lip.

Intenta mala, quasi fulmen, optant
dumtaxat se quisque ne attingant.

i. Annal.

Tac. ii.
Hist.

VERBIS FERO X. Procacia ple- Forte ver-
bis ingenia. bu.

Thuc. iii.

iii. Hist.

Sed nihil ultra verba ausuram. Nec ultra.

Sall. Orat.
Marcij.

Impigre lingue, signavi animi.

Iliu. xxiii.

METV AVT SPE NIMIVM. Semper im-
modicum.
Hec est natura multitudinis. aut seruit
humiliter, aut superbè dominatur. Liber-
tatem, quæ media est, nec spernere modice,
nec habere sciunt.

Tac. i.
Ann.

Nihil in vulgo modicum. terrere, ni pa-
ueant: ubi pertinuerint, impunè contemni.

Vulgus audaciā turbidum, nisē vim vi. Annal.
metuat.

Ibide

Plura sunt, quæ tu à te addes.

CAPVT VI.

Fons alter reclusus, Ingenium regum
& regni. Duo hic considerata,
quæ Communiter conueniunt, &
quæ Distinctè.

Alierū cap-
put Prudē-
tia, Natura
regni.

Ego ad Naturam regni proprio : è
quâ pauca hæc tibi delibo. Com-
muniter eam nosce, & Distinctè. In
Communi notitiâ hæc sunt.

Id instabile.

Regnum omne fluctuans & INSTA-
BILE. Arduum enim & subiectum For-
tunæ cuncta regendi onus.

Tac. i.
Annal.

Ut alta ventos semper excipiunt
inga,
Imperia sic excelsa Fortune ob-
iacent.

Senec.
Oedip.

Senec.
Theb.

Subiò sape
dictum.

Nihil inausum est Fortune. aduersus
Imperia idem habet juris, quod aduersus
imperantes.

Senec.
Ep. xci.

Iam A-
panem.

Itaque

Liu. lit.
xxxvii

Sen.
Benef.
ca. xxxi

Tac. ii.
Hist.

Annal.

Itaque s^epe occultis causis labitur.

Ibidem. & quae domesticis steterant bellis, quae externis regna, nullo impellente ruunt.

Liu. lib.
xxxvii.

Et totum ferè labitur, cùm cœpit. Verè ille scripsit, Regum maiestatem difficultius à summo fastigio ad medium detrahi, quam à mediis ad ima præcipitari.

Sen. De
Benef. v. i.

ca. xxxiii.

Non enim his gradibus, quibus ad summa peruentum est, retro itur: s^epe inter fortunam maximam & ultimam nihil interest.

Et totum,
cùm aliqua
parte.In summa
aut in ima
est.Tac. I. I.
Hist.

Imperium cupientibus (aut habentibus) nihil medium inter præcipitia aut summa.

Tac. t.
Annal.

Nec fortunæ solùm obiectum, etiam ODIIS.

Odiosum
plerumque.Senec.
Oedip.
Theb.

Simul ista mundi conditor posuit

Tri. Deus,

Odium atque Regnum.

Causa s^epe in Impotentiâ regum. Nam

Id ob re-
gum motes.Senec.
Ep. xxi.

Id esse regni maximum pignus putant, Si quidquid aliis non licet, solis licet.

Qui licen-
tia.

Quod

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

Idem
Hipp.

*Perimaces,
& superbi.*

Et in peruvaci eorum Superbiā.

durus & veri insolens

Ibidem.

*Ad recta flecti regis non vult
tumor.*

*Flecti non minus existimant turpe,
quam vincit.*

Sen. De
Benef. vi.
cap. xxx.

*Etiā quia
nos parere
difficile.*

*Sed caussa etiam altera in Naturā
nostrā quia nemo alteri imperium volens
concedit: & quamvis bonus atque clemens
sit qui plus potest, tamen quia malo esse li-
cet, intimidatur.*

Sallust. ad
Caes.

*Insidias ex-
ponit.*

*Ideoque regnum obnoxium IN-
SIDIIS.*

*Multi iniqui atque infideles regno,
pauci sunt boni.*

*Ideo meti-
culosi reges.*

*Nec immerito reges semper in TI-
MORE. Ingenia regum prona ad formi-
dinem.*

Sallust.
Iug.

Sæpe nimis: &

dubia pro certis solent

Timere reges.

Senec.
Oedip.

Iidem

Tac. i.
Ann.

Senec.
Agam.

Tac. i.
Ann.

i. His

Lucan.
VIII.

Sen.
Ben. v.
cap. xx.

Tac. i v.
Ann.

Iidem ÆMVLi, & suāpte naturā
potentiae anxijs. Suspicōes
& annulū

Senec.
Agam.

Nec regna socium ferre, nec tædæ
sciunt.

Tac. II.
Ann.

Adeò, vt displiceant regnantibus etiam In ipsis fi-
ciuilia filiorum ingenia. llos.

I. Hist.

Et suspectus semper inuisusque domi-
nantibus, quisquis proximus destinatur.

Hæc taliaq; Communiter scies. iam Regni virei
illud Distinctè, Quātum tuum regnum
sit, & Quale. Potentia, inquam, tua seriō
tibi noscenda est. niscenda.

Lucan.
VIII.

Metiri sua regna decet, virēsque
fateri.

Sen. De
Bcn. VI.
cap. XXX.

Multi dum se tam magnos, quām au-
diunt, credunt, attraxere superuacula &
in discrimen rerum omnium peruentura
bella.

Etiam regni Qualitas. cuiusmodi il- Et eius con-
lud sit, Vetus, Nouum; Hæreditate, an stitutio fini
Suffragio traditum & tradendum; Le-
gibus, an Vi quæsitum. & quidquid tale. forma.

Pro

Pro his enim variè attemperandum
sceptrum, & laxandæ aut adducendæ
imperij illæ habenæ.

CAPVT VII.

*Præcepta nunc ex hisce fontibus peti-
ta. Et) primum uniuersè posita,
quæ firment Regnum aut violent:
mox distincte de Vi dictum. Opus
regi Custodes, Milites, Arces aut
potius Colonias.*

BENE habet. duplicem Arcton
meam signavi, ad quam flectendi
mihi idemtidem oculi : nunc auda-
cter vela do , & vndosum mare ingre-
dior Præceptorum. Ea hoc ordine
disponam , ut quæ iuuant firmantque
regnum , præmittam : subiungam, quæ
Duo firmē-
do Regne. Lædunt & perdunt. Duo igitur sunt,
quæ tranquillum id aut firmum effi-
ciunt, V I S & V I R T U S : duo
item , quæ turbidum aut caducum,
Duo ency-
tendo. V I S & V I T I V M . Singula hæc , ut
meus captus est , subtiliter videamus
& par

Sen. 1.
Clement.Tac. 1.
Ann.Sen. 1.
Clement.Tac. 1 V.
Anna.

& partitè. Vim in Iuuante parte pri-
mum pono, & intellego PRÆSIDIVM
QVOD PRINCEPS V UTILITER
AD HIBET A D S E T V E N-
D V M AVT REGNVM. Id ferè
duplex, Milites & Munimenta. Milites *Digniss.*
iterum duplices, Custodes & Ordina-
rij. CVSTODES, regis ipsius tutela
propria : qui scilicet *Custodes*
regi.

Sen. 1. De Clement. Somnum eius nocturnis excubii mu-
niat, latera obiecti circumfusig defendant,
incurrentibus periculis se opponant.

*Tac. 1.
Ann.* Miles in forum, miles in curiam comita-
batur, scribit de suo Principe Tacitus.

Sen. 1. De Clement. Nam probus vetusque ille mos : &
quamquam in nullo metu, decorè ta-
men eos Princeps, & vel ornamenti
causa habeat.

Sed esse & ORDINARIOS mi-
lites volo : manum scilicet aliquam
grandiorem (pro viribus & modo re-
gni) ad subita casuum aut bellorum.
& qui, si auxilium res poscat, hanc procul
accieantur. *Ordinary
& perpetu
milites.*

Nam

Nam scimus, voluntarium s̄epe mi-
litem deesse. ac si suppeditet, non eādem
virtute ac modestiā agere: quia plerum-
que inopes ac vagi (vt hodie quidem
mos est) spontē militiam sumunt. ibidem.

Grande momentum in hoc præ-
cepto: & C. Cæsar solitus dicere, Dio, lib.
XLII.
τε εἰ τὰ τὰς δυνάσιας ὁ Βασιλέως τα
ραχαὶ φυλακῶντα καὶ ἐπαύξοντα, σεριώ-
τας ἡ ζήνη: Duo esse, quæ Principatus
comparent, seruent, augeant, Milites &
Pecuniam.

Atque alius ab eādem mente (etsi
paullò improbius) ad suos liberos:
Ομοοίτε, τὰς σεριώτας πλεύσετε, τὸν
ἄλλων πάντες ναζερεύετε: Inter vos
consentite, milites ditate, reliquos omnes
spernite. Seuerus
imp. a-
pud Dio-
nem in
vitâ eius.

*Arces qua-
renses viles.* Ad Munitamenta possis usurpare du-
plicia, Arces aut Colonias. Illas vul-
gus & hodiernus mos tibi ingerit: ego
istas, & mos vetus. Sanè ARCES non
tam firmæ compedes, quam censem-
tur: ad exiguum motum validæ; fra-
giles

Tacit.
Agric.

Hor. I
cap. vlt.

Curt. VI

idem.
giles (ipſi vidimus) ad communem & magnum. In finibus tamen & contra hostem, haud valde eas spernam: in mediterreis & contra ciues, valde. Populo alicui diffidis? premere eum vis? COLONIAS tibi suggero, verè sedes seruitutis.

Tacit.
Agtic.Pralata iiii
Colonia.

Dio, lib.
LII.

Hoc solidum, hoc firmum munimentum est: in quo non locus solum talis, sed homines ipſi ſint. Coloniae enim ferè constant externis (quibus, cum indigenis haud faciliſis conſpiratio:) nec usurpandæ temerè niſi in externos.

Flor. I V.
cap. vlt.

Nam non affuet & frenis seruitutis tumida gentium inflatæq; ceruices, facile aliad ab imposito iugo resilunt. Sed falcem in exteriores.

Severus
Imp. 2.
pud. Dio-
nem in
vita eius
Curt. VII.

Siue etiam in feroceſ & recens subiectos. Quidquid enim dicunt, quos viceris caue amicos tibi eſſe credas.

Aut recens
domitos.

K

CAPVT VIII.

*De Virtute duplice, seruatrice Regno-
rū. Beniuolentia populi commēda-
ta, & ostensa triplex ad eam via.*

VIs ergo opportunè etiam ab
optimo Principe adhibenda, ex
Icito veteri:

*Quædam vi tractanda, quo ceteris
quies sit:*

Sed magis Virtus. in quâ mihi qui-
dem præcipuum Principatus robur est
& pondus. Eam, paullò aliter quam
vulgus, hîc appello **L A V D A B I L E M**
*Quid hic
Virtus.*
V T I L E M Q V E I M P E R I O A F-
F E C T U M , D E R E G E , V E L
I N R E G E M . Studiosè sic discrimino.
Nam cùm duplex eiusmodi Virtus sit,
Beniuolentia & Auctoritas: nasci qui-
dem vtraque à rege & per regem debet,
sed sedem tamen suam & domicilium
in animis Populi habet. atque illa, in
regem Affectus est; hæc Opinio de rege.
Ex definitionibus facile rem mentemq;

meam

Epist. 1
ad Dio-
nem.

Tac. I.
Annal.

Tacit. v.
Hist.

Plinius
Paneg.

Tac. v.
Hist.

Plinius
Paneg.

meam capies. Nam BENIVOLENTIA, quam h̄ic quāero & suadeo, est SVBDITORVM IN REGEM EIVSQUE STATVM PROMPTA INCLINATIO ET AMOR.

*Benivolen-
tia definita.*

Vitilas eius.
Epist. 1 v.
ad Dio-
nem.
Tac. 1.
Annal.
Quæ nimis vtilis, imò necessaria, ad res gerendas. Plato verè dixit: Διὰ τὸ δέοντεν τοῖς ἀνθερόποιος, καὶ τὸ μεγάλευ-
στί: Ab eo quod placeas hominibus, actio-
num efficacia est.

Para igitur: idque viâ triplici, Leni-
tatis, Beneficentiae, Indulgentiae. L E-
N I T A T E M promes in Teipso pri-
mùm, verbis factisque benignus, comi-
tate & alloquiis officia prouocans.

*Quonodo
parandas?*

*Lenitate in
te, & circa
te.*

*Plinius
Paneg.*
Tac. v.
Hist.
Quid ni ita cum ciuib⁹ tuis, quasi pa-
rens cum liberis, viuas?

Cum illâ tamē exceptione, ut in-
corrupto ducis honore.

*Plinius
Paneg.*
Temperie opus est: nec aut reveren-
tiā terrore, aut amorem humilitate ca-
ptabis.

Raræ hoc sed magnæ laudis, cùm

virtutes specie dispare prudētiā iunguntur.

Cic. Orat.
tore ad
Brut.

Lenitate in omni imperio. Sed promes etiam in Imperio: ut tranquillum id ac lene sit, nec alia eius facies, quam sereni cœli ac nitentis.

Sen. 1. De
Ita.

Hinc Quies. Hoc ex ingenio hominum est: qui nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatem:

Tac. 1.
Hist.

Domiti ut pareant, non ut seruant.

Idem
Agic.

Hoc ex usu ipsius imperij: quia reue-
ra remissius imperanti melius paretur.

Sen. 1. De
Clement.

Hinc Fides. Sed & fidelius paretur. Nullus terror, Lib. xxx.
ait Liuius, cum omnia bello arderent, fide
socios demouit: videlicet quia iusto mode-
ratoq; regebantur imperio.

Sen.
Bren.
iz.

Idem
Benef.

Tac.
Ann.

*Hinc stabili-
tatis.* Cæsaris effatum est: n̄ ἔχοντα με-
ριόσων πάντα τὰ ὑπέρτατα ἡρεῖ: Po-
tentia mediocriter exercita, omnia quæsita
conseruat.

Apud
Dion. lib.
XLIII,

Ibidem

Contrà, ὁ αὐτίδης ἐς πάντα τὰ ἀνθρώπων, ibidem.
τῇ δυνάμει πατερῷ πάτερῷ, τῷ δὲ θρόνῳ
ἀνθρῆ τῇ δοφάλειᾳ ἀνεῖται δίδου:

Sen.
De Ben.
c. XXXV.

Qui

*Qui impudenter & paſſim in omnibus
potentiā abutitur, is neque veram beniuo-
lentiam neque firmam ſecuritatē inuenit.*

Iam & BENEFICIENTIAM ad-

Cic. II. De iunges. Nam liberalitate qui utuntur,
Finib. item para-
tur.

Benefientiam ſibi conciliant, & quod
aptifimum eſt ad quietē viuendum (ſive
& regendum,) caritatem.

Sen. De Vis ſcire quanta eius vis? Melius be-
Breu. Vi- neficiis imperium cuſtoditur, quam armis.
ix. Que ſim-
per uſui.

Sanè vulgo, ex veteri verbo, OM-
Nium dulcissimum eſt, accipere.

Donabis igitur, vel Auguſti exem-
pli: qui Militem donis, populum annonā,
cunctos dulcedine oty pellexit.

Idque effusius in nouo imperio. Sic
enim tibi firmabis, & nouis ex rebus au-
eti, tutā & praefentia, quam vetera & pe-
riculosa malent.

Sed cum Iudicio: nec placeant
mihi illi Reges, qui multa opertis oculis
donant.

Quibus ta-
men confe-
rassende.

Tu largiere bellorum sociis, periculo-
rum confortibus: Plinius
Paneg.

Sive etiam de te bene ac fortiter, sed in
toga, meritis: Ibidem.

Aut iis denique qui mereri possunt.
illis scilicet præmia, his exempla. Ibidem.

Et quan-
um, vide. Sed cum Modo etiam. Nam sim-
plicitas ac liberalitas, nisi modus adsit, in
exitium vertuntur. Tac. III.
Hist.

Alioqui
tua & re
perdū. Si omnibus, si passim: quis finis? Sin-
guli nunquam exsatia buntur, res publica
deficit. 11. Ann.

Itaque alienis bonis manus afferre
cogeris: Cic. II. De
Offic.

Quod exitiabile. nec unquam tanta
studia assequeris eorum quibus dederis,
quanta odia eorum quibus ademeris. Ibidem.

Caue igitur. atque adeò nihil lar-
giatur Princeps, dum nihil auferat. Plinius
Paneg.

Denuo In-
dulgentia
paratur. Tertiò INDULGENTIAM suasi:
hac mente, ut quatenus sine corruptelâ

morum potest, populum Laxè habeas
& Iucundè. Laxè, ut in Victu: ne plebes
acri annonâ fatigetur.

Tac. IV.
Annal.

IV. Hist.

Nam vulgo una ex republicâ annoe ^{In viliore}
cura. ^{Annonâ.}

Iuuenal.
Sat. x.

-- duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenses.

Cic. II.
De offic.

Omnes autem qui remp. gubernant,
consulere debent, ut earum rerum copia
sit, quæ sunt necessariae.

Senecc.
Ep. CXVI.

Iucundè etiam: putà in ludis & eius- ^{In ludicru.}
modi receptis voluptatibus. Nam vul-
go, sicut pueris, omne ludicru in pretio est.

Tac. xii. v.
Annal.

Idemque cupiens voluptatum, & si
trahat eò Princeps, latum.

Ibidem.

Itaque vides, nec maiores abhoruisse
spectaculorum oblectamentis. <sup>Qua frui
etiam usum
prabent.</sup>

Idem in
Agric.

Vsus enim aliquis in istâ re: cum ita
ferociores populi, eoque bello faciles,
quieti & otio per voluptates assuefunt.

Ibidem.

Idque apud imperitos Humanitas vo- ^{Franquiss.}
catur, cum pars seruitutis sit. ^{& mellioris.}

Verissimum est, Voluptatibus Roma-<sup>Tac. i. v.
Hist.</sup>
nos plus aduersus subiectos, quam armis
valuisse.

A genyosis
curit annu-
cant.

Nec id nesciuit ille histrio, qui in-
crepanti Augusto quod eius caussâ in
plebe essent tumultus : Συμφέρει σοι, Pylares
Καιορε, inquit, ὥστε ἡράρχες τὸν δῆμον Δημο-<sup>apud Dio-
dor. l. i. v.</sup>
δηρέεις : Expedite tibi, ô Cæsar, popu-
lum circa nos distineri.

Acutè. Nam profectò virtus ac fe-
rocia subditorum, ingrata imperantibus.

Tacit. in
Agic.

Tamen las-
cina & lu-
xus vitæda. Sed modum tenē : & vide ut hac
letitiae potius, quam lasciviae dentur.

Ann. XIV.

Facile enim ista irrumpet. nec pudi-^{Ibidem}
citia aut modestia, nec quidquam probi-
moris ultrà reseruabitur.

Ita Tui & Tu peribitis. Quid enim
salui, amissis moribus?

Carr. II

CAPUT IX.

Auctoritas commendata valde. Tria ostensa, quæ ad eam ducunt. in quibus quia Imperij præcipua vis est, accuratè & enucleatè de his dissertum.

AVCTORITAS inter Iuuantes virtus altera est. quam * suprà quoque libauit: sed hoc tantum. nunc vberius, & pleno magis ore dicenda est. Definio iterum: Auctoritas est IMPRESSA SVBDITIS, SIVE ET EXTERIS, OPINIO REVERENS DE REGE EIVSQUE STATV. Constat ex Admiratione & Metu: cuius utriusque temperies siue mixtio facit hanc Virtutem. Quam parari apud quasdam nationes proniùs ait:

* Lib. II.
cap. XVI.

Quid Au-
toritas?

Vnde natu-

Curt. III. *Est enim ingenita quibusdam gentibus erga reges suos veneratio:* Quibus re-
bus paran-
da?

Apud alias ægriùs: sed tamen apud omnes triplici hoc, quem dicam, modo

Tutela ea siue viâ. Formâ imperij, Potentiâ imperiorum, Moribus imperantis. Per singulatatem ducam, & figam in iis pedem non distincte solum, sed lentè & impressè. quis carpet? ego fulcrum hoc regnum scio, &

Cic. l.
Catil.Arist.
Eth. ca
vit.

Maiestatē imperij, salutis esse tutelam.

Idem lib.
viii.

Hæc illa velut edita arx est, quâ Princeps se vindicat à rebellione & contemptu. Scande & occupa deo auspice, me duce. Prima viarum est

FORMA IMPERII. in quâ tria ad Auctoritatem requiro: ut Seuera sit, ut Constans, ut Adstricta. **SEVERA** primùm, quia perpes illa & assidua Lenitas Contemptum inducit, id est **Principatus ipsam pestem.** In hac, colliuic morum & hominum habendus metus, aut faciendus est.

Cic.
Brut.
11.Stob. D.
Regno.*Hanc erat**Seuera gu-
bernatio.**Qua ex
usa Princi-
pis.*Sall. Orat.
Lepid.*Et subdia-
conia.*

Amplius, quia inducit *maximam illecebram peccandi impunitatis spem.*

Cic. pro
Mil.Cet. D.
Eth.

Quis cum metuat, apud quem conditum, imò constrictum ferrum est?

Sen. 1. De
Clement.Vit. in
Iagm.

Qui

Cic. t. in
Catil.

Qui per segnitiem potius quam clementiam, patiatur habescere aciem suæ auctoritatis?

Arist. x.
Eth. cap.
vlt.

Ne feceris, & nosce vulgus. Οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖς τελείωχεν, ἀλλὰ φόβῳ; Nam vni-
guac
correcedum.
γάλι αἰπέχειτε τὸ φαύλων ἀλλὰ τὸ αἰγεόν,
ἀλλὰ δέ τας πυωρίας: Non enim ita
natum est, ut Pudori obsequatur, sed ut
Metui: nec ut abstineat à prauis ob turpi-
tudinem, sed ob supplicia & pœnam.

Cic. ad
Brut. ep.
11.

Adhibe hæc igitur in tempore. Sa-
lutaris Seueritas vincit inanem speciem
Clementie.

Stob. De
Regno.

Cotys rex Thracum, increpanti se-
ueritatem eius & aienti, Maria τῇ ὅσῃ,
καὶ βασιλείᾳ, bellè respondit, Αλλ' ἐ^ν
ἐμῷ μαρίᾳ τὸς δέχαμδύτες σώφεγνας ποιῶ:
Furor hic est, non Regnum. At meus hic
Furor subditos sanos reddit.

all. Orat.
Lepid.

Cic. pro
Mil.

Ceti. De
ific.

Ita, ita. Adhibenda est reip. caussa Se-
ueritas, sine qua administrari ciuitas nulla
potest.

Sen. i. De
Clement.

Vit. in
Egym.

Scimus digitum praecidi oportere, si ob
eam Et nixis
recidenda.

eam rem gangrena non sit ad brachium
ventura.

Sed per ini-
tervalla.

Tamen tempestiuè, & cum intermissione. Nam cunctatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum.

Sen. ii. De Clement.

Illud laudabile, quoties potes, efficeret ut pœna ad paucos, metus ad omnes perueniat.

Cic. pro
Clement.

Et unius improbi supplicio multorum improbitatem coercere.

Idem iii.
in Ver.

Nisi mala
herba ni-
mium suc-
cuerit.

Quòd si crebra tamen nimis aut peruicacia vitia:tum sanè illud valcat,

Apud
Dion.
LII.

Crudelem medicum intemperans Publius.
aeger facit.

Falce tunc
recidēda est.

Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, nisi per dura & aspera coercetas. Corruptus simul & corruptor, aeger & flagrans animus, haud leuioribus remediis restinguendus est, quam libidinibus ardescit.

Tac. iii.
Ann.

Constantia
Auctoritati
facit.

Secundò, CONSTANTEM VO-
lui imperij Formam:quod interpretor,

Senec.
Epist.

vno & veteri tenore fluentem. Quid mihi mutas? Alcibiadē audi verē censemētē: ὃ διθεόποντας ασφαλεῖσα τέτες οἰκεῖν, οἱ ἀν τοῖς παρόποιν ἡδεῖς καὶ νόμοις, τοι καὶ χείρω ή, ἕκιστα διφύσεως πολιτεύεσται: Eos hominum tutissimè agere, qui presentibus moribus legibusq; etiam si detiores sint, minimum variantes, reipub. administrant.

*Observatio
legum
omerum.*

Ipsum Augustum: qui sic olim ad Senatum. Τές κειμένες νόμους ιδυεῖς φυλάττετε, καὶ μιδένα αὐτῶν μεταβάλλετε. τὰ γὰρ σὺ ταυτῷ μένοντα, καὶν χείρω ή, συμφορέστερα τὸ εἶ καινοτομημένων, καὶν βελτίω ἔτι δοκή, έστι: Positā semel leges constanter seruate, nec ullam earum immutate. Nam quae in suo statu, eadēmque manent, et si deteriora sint, tamen utiliora sunt reipub. his quae per innovationem vel meliora inducuntur.

Et inopinati dogmatis caussa duplex. Quod nec leges ipsæ vim & vitam satis habeant, vertendæ statim aut evertendæ. Non enim conualescit planta, quae sepius transfertur.

*Contemnuntur leges, la-
tigia data.*

*Senec.
Epist.*

Et

Et unde ca-
menator.

Et quod Princeps vilescit, qui sic va-
cillat: foedaque inconstantiâ, quæ infe-
rat vetat; quæ veterat, iubet.

Tac. III.
Hist.

Sperne ergo circa te nouatores: qui
ut aliquid sui videantur afferre, etiam re-
cta commutant.

Quint.
lib. III.
Instit.

Veteres. &
vetera, opti-
mis.

Et scito, super omnibus negotiis me-
lius atque rectius olim prouisum: & quæ
conuertuntur, in deterius mutari.

Tac. xv.
Ann.

Ideò in minimis quoque rebus, omnia
antiquæ consuetudinis momenta seruanda.

Valer.
Maxim.
lib. II.

Interdù ra-
nore innos-
endum.

Sed nunquam, inquies, mutem?
nunquam: nisi aut summa Utiles ex-
presserit, aut summa Necesitas. Nam,
fateor, nocet interdum priscus rigor &
nimia severitas, cui iam pares non sumus.

Tac. I.
Hist.

Sed nō vis-
lent.

Sed tunc quoque fiat leniter: & ut
quam minimo sonitu orbis ille in rep. con-
ueratur.

Cic. 21
Att. lib. ep. IX.

Et pauxil-
larm.

Itemque Lentè: ut per gradus, nec
omnia simul. Augusti exemplo: qui
sub initia imperij & *mavta d'ðu*, Dio III.
wæteg

4 Ann.

ἀναερ ὑπερθέτο, ἔπειρε, φοβηθεὶς μὴ
καὶ σφαλῇ πι, αὐθεός μετέρριθμίσας τὰς
ἀνθεψόπις; ἐθελήσας, ἀλλὰ τὰ μὴ ὁδο-
χῆντα μετεκόσμησε, τὰ δὲ ὑσεργοῦ: non
omnia statim, uti decretum erat, exsecu-
tus est: veritus, ne parum succederet, si
simil homines transferre & inuertere
vellet: sed quādam ex tempore disposuit,
quādam reiecit in tempus.

Atque hoc est, quod de codem no-
ster: *Insurgere paulatim, munia legum &*
magistratum in se trahere. Ait, Paula-
tim: & tu in re simili serua.

Tertiō, AD STRICTAM Imperij ^{Adstrictio}
Formam posui. id est, vt non solum ^{imperij, pro}
A te præcipua vis & honos, sed etiam ^{Autorita-}
Apud te sint. A te quidem, vt maxima
rerum aut agas ipse, aut firmes: neu vim ^{Principi-}
Principatus resoluas, cuncta ad Senatum ^{utus res}
reuocando. ^{manus te-}
^{neat.}

Non quia consilia spernam (valdē ^{Eum em-}
suasi, & suadeo:) sed quia innotescere ^{nnes spectet,}
omnibus velim, te esse à quo pendeant ^{& omnia}
omnes. Esto mihi solus arbiter rerum, ^{ab eo exprea-}
iure ac nomine regie. ^{gent.}

Reges,

Reges domini rerum temporumque
trahunt consilios cuncta, non sequuntur. Liu. ix.

Aliquid hic laxas? totum amittis.
Ea est imperandi ratio, ut non aliter con-
stet, quam si uni reddatur.

Tac. i.
Ann.

Honores ni-
mios ne da-
re. Sed Apud te etiam plerisque honos
maneat, certe magnus. Doctorum ille
doctor: Κοινὴ φυλαρχίη πάσος μοναρχίας,
τὸ μηδένα ποιεῖν ἑνα μόγαν: Communis
custodia Principatus, neminem unum ma-
gnum facere.

Arist. v.
Politie.
cap. xi.

Semper periculosem priuati hominis
nomen supra (imò & iuxta) Principis
attolli.

Tacit.
Agic.

Datos au-
firo. sed
villucatum. Quid si tamen factum? corriges. sed
sic, ut non detrahas eum, sed deducas.
Δῆ τὸ δὲ εἰς αὐθαργῆς, ut ille loquitur,
τέτο δρᾶν, καὶ μὴ πᾶσαν αὐθέρον αἴσαι-
ειν τὰ ἔξοιτα: Oportet circumductione
quādam & per ambages id facere, nec to-
tam potestatem simul tollere.

Arist. v.
Politie.
cap. xi.

Non longes
item dato. Nec vero magnos solūm honores
dari abnuo, sed & (vtique in Militiâ
aut

Latro
pud S
VII. C
tuo. V
Liu. i. v

Dio L

Liu. ii.

Gra. D
laurent.

Latro a-
pud Sen.
vii. Con-
trou.vlt.
aut Præfecturâ) longos. Vetus moni-
tum: Nihil tam utile, quam breuem po-
testatem esse, quæ magna sit.

Tac. t.
nn.
Liu. i v.
Lib. i v.

Libertatis (sive Principatus) magna
custodia est, si magna imperia diuturna
esse non sinas.

Arist. v.
Polit. cap. xi.
Dio l.ii.
Tacit.
Agic.

Causa. quoniam αἱ μακρότεραι καὶ
τολυχονιώτεραι δέχαι ἐπάγχοι πως
τολλάξ, οὐδὲ νεωτεροποιίαν ἔχαγοι: Lon-
giora & diuturniora imperia, multos at-
tollunt, & ad res nouandas impellunt.

Nam ho-
mines infor-
mescunt.

Arist. v.
Polit. cap. xi.
Liu. ii.
Cic. de
laudent.

V I A M primam vides: alteram tibi
P O T E N T I A E ingredior, quæ est illa
ipsa directa & regia ad solidam Aueto-
ritatem via. Cætera omnia adsint, hæc
absit: quid iuuabunt? Scito parum tu-
tam maiestatem sine viribus esse.

Potentia cer-
tissima ad
Auctorita-
tem ratio.

Potentiam autem hîc intellego, ad Quid eam
appellemus?
Sua conseruanda & Aliena oblinenda
idonearum rerum facultatem.

Quam quinque hæc instrumenta Dæi parati
cenfcam.
tibi dabant: Opes, Arma, Consilia,
Fœdera, Fortuna: si tamen appositè

I. Pecunia. vtāris, & vt præcipiam. Attende, at-
tende. Primo loco Opes pono. & de-
vi atque visu earum quis ambiget? Δεῖ
διὶ ζημίας, καὶ αὐτὸι τάτων ὁ δῆμος
γνέσθη τῶν δεόντων: Opes sunt Opes, &
sine iis nihil fiet quod opus.

Demosth.
Olymphi.

Tac. Ann.

Experiens callidūisque vir clamabat
illa nērui olim: Νεῦεαι τὸν ιηρονομεῖας τὰ ζημίας
εἶναι: Nernos imperij pecuniam esse.

Mucian.
apud Dio.
in Vespaf.

Ibider.

*Animorum
domina.* Nam socios aut milites habere vis?
Illa dabit. Πάντες δύναται τὰ πλήρη. Omnia
vænalia nummis.

Aristot.
Rhet. II.
cap. XVI.

De n.
rib. G.
man.

*Locorum
domina.* Hostes aut vrbes perdere? hæc fa-
ciet. Nihil tam munitum, quod non ex-
pugnari pecuniâ posset.

Cic. 11. ii
Vett.

Ibide

Omnia castella hæc machina dei-
ciet, in qua modo asellus onustus auro pos-
sit ascendere.

Cic. 1. ii
Att. ep.
xii.

I. Vell.
lib. II.

Ad summam,
-- diuina humanaque pulchris
Diuitiis pârent.

Horat. II.
Sermon.

Liu. XXX

*Argenteus
gladius om-
nia pene-
rat.*

Non credis? saltem oraculo:

Ἄγρυπνος λόγχαιοι μάχει, οὐ πάντα
νικήσει.

Philippe
Macedo-
ni id es-
tum.

Hastis

Hastis pugna argentatis, atque omnia vinces.

Instrumentum secundum, Arma. II. *Arma opus ad patientiam.*
Nam illud certum, non ignavia magna imperia contineri, sed virorum armorum que faciendum certamen.

Tac. x v.
Ann.

Ibidein.

Mucian.
pud Dio.
u Vespa.

Aristot.
Rhet. II.
cap. xvi.

Cic. II. in
Vett.

Cic. I. xl
Att. ep.
xii.

Horat. II.
Sermon.

Philippe
Macedo-
ni id da-
tum.

Improbè dictum videatur, sed in tempore utiliter: *Sua retinere, priuatæ dominus; de alienis certare, regiam laudem esse.* Reges inaudunt.

De mo-
rb. Ger-
man.

Fateor optabilius magnitudinē suam iustitiam tueri:

Sed optabilius. qui enim semper possis? *Inter impotentes & validos falso quiescas. ubi manus agitur, modestia & probitas nomina superioris sunt.* Et sive debent. Aut ipsi inauduntur.

E Vell.
lib. II.

Nec unquam deerunt, nisi filia hac humani generis excisa, raptores alienæ libertatis lupi. Ab exteriori.

lib. xxx.

Addo, si hoc non sit, quod nulla magna ciuitas diu quiescere potest. si foris hostem non habet, domi inueniet.

Arce, arce internam illam pestem:

L 2

Comprimat
ergo bella,
bello.

& alios potius turba, quam ut te perdas. Agendo audendoq; res Romana creuit, non his segnibus consiliis, quæ timidi canta vocant.

III. censi-
lia usus ad
potentiam. Quanquam Consilia profecto & ego misceo: nec vlla stabilis potentia si ne istis. *Arma*, inquit ille, *consilio tem-
peranda sunt.*

Haud te-
merè bellū
monēdum. Quod tibi ita præeo. Arma inferre vis? Primū vide ut Prouidē.

Animus vereri qui scit, scit tutò ag- Publius.
gredi.

Odi istos properos, qui dum inferre Sen. i. Di-
Ita.
pericula volunt, non cauent.

Et scio cautis quam acrioribus consiliis Tac. xi.
Annal.
Potentiam tutius haberi.

Nec nimis
dīs haben-
dum. Vide etiam ut cum Modo. ne dum Curt. viii.
ad culmen venire contendis, vna cum ipsis
ramis, quos comprehendisti, decidas.

Ea demum Potentia tuta est, quæ viri- Val. iv.
cap. i.
bus suis modum imponit.

Explendus
nimis. Pyrrhus mihi es? & nouā siti ad alia Plut. in
Pyrrho.
aliaque properas?

Noli.

Curt. i.

Publiu

Floru

lib. IV.

cap. vi.

Sen. Ca-
fel. ad
Marc.

Lividus
XXXV.

Ibidem.

Curt. VII.

Tac. i. z.

Anna.

Curt. x v.
xxii.
Florus
lib. i v.
cap. vii.
ac. t.
anal.
ublius.
en. i. De
rà.
rac. xi.
Annal.
Curt. viii.
Val. iv.
cap. i.
plut. in
Pyrrho.
Tic. i. I.
Ann.

Noli. Facilius est quædam vincere,
quam tenere. Et

Publius.
Fortunam citius reperias, quam
retineas.

Florus
lib. i v.
cap. vii.
Sen. Cen-
sol. ad
Marc.
Liuius
xxxiv.
Ibidem.
Curt. viii.
Curt. vii.
Vobis
melius,

Tu firma antè-partia. Difficilius est
prouincias obtinere, quam facere. viribus
parantur, iure retinentur.

*Et in qua-
si tu aut re-
lītū quies-
cendum.*

Et quid festines? Non durat, nec ad
ultimum exit, nisi lenta felicitas.

Regibus ego ita suadeo: at regulis,
ista. Quies vobis tutior, nec de Obti-
nendo laborate, sed Tenendo. Scitote,
testudinem, ubi collecta in suum tegmen
est, tutam ad omnes ictus esse: ubi exserit
partes aliquas, quodcumque nudauit, ob-
noxium atque infirmum habere:

*Præsertim
minutis Prin-
cipibus.*

*Qui peri-
culose sem-
per se mo-
uent.*

Sic vos, apud vos, tutos esse. simul
auditate plura complectendi hinc excedi-
tis, nuda vobis omnia quæ extra sunt, &
exposita ad omnes ictus esse.

Stulti qui concupiscunt, quod non ca-
piunt.

*Volunt, quod
nec tenent.*

Vobis melius, consiliis & astu res

externas moliri, arma procul habere.

Tac. 45.
Ann.

V. Fædera
fui ad Po-
tentiam.

Itemque via hæc Fœderum: que ipsa,
ut dixi, ad Potentiam valent. Socios legi
suadeam, qui non mediocri valeant po-
tentia, & in proximo habitent.

Aristot.
Rhet. ad.
Alex. cap.
vlt.

secunda cu
proximus
salidus.

Id est, qui utibiles esse & viribus &
loco opportunitate possint. Nam Infir-
mis aut miseris quid te iungas?

Vix cu af-
fictu.

-- querunt,
Cum qua gente cadant.

Lucan.
viii.

Tu, si sapiis,
-- fatis accede deisque,
Et cole felices.

Ibidem.

In caducum parietem ne inclina.

Ex Ha-
driani di-
ctorio.
Curt. iv.

Ne ipse af-
figare.

*Suam quisque fortunam in consilio ha-
beat, cum de alienâ deliberat.*

Nisi quopia
periclitante,
etiam tu.

Nisi tamen quispiam talis, cuius rui-
nate quoque tractura sit.

Ex Tac.
De Mo-
rib. Get.

Tunc vel
aflus una.

Tum enim sanè aut iunge te, aut iu-
ua: sed quid si occulte? Vetus illa callidi-
tas, societatem alterius palam induere, ad
alterū per occulta & fidam magis inclinare.

Magnus

xii. ann.

Sall. E
Mithr.

Liuui
xxxi.

Ibider

Ibider

Sall. E
Mithr.

Sueton

Magnus nodus cùm dissentiant inter
se vicini duo potentes : qui nec vincere,
nec vinci, sine periculo tuo possunt.

Sall. Ep. Mithrid. Pericula-
sum poten-
ti, in poten-
tem suum,
Liuuius XXXII. Et tamen
penè neces-
sarium,
Ibidem. Adiutoria-
hic nulla.

Quid facies ? non enim effugias, quin
alterum aut socium habeas, aut hostem.

Ibidem. Adiutoria-
hic nulla.

Nam quòd nonnemo tanquam me-
diā & tutissimā consilij viam, ut
quiescas abstineāsque armis, ostendit : ea
vero non media, sed nulla est.

Ibidem. Adiutoria-
hic nulla.

Quid enim aliud, quām nusquam
gratiā stabili, velut qui euentum exspecta-
ueris ut Fortune applicares consilia tua,
præda victoris eris ?

Sall. Ep. Mithrid. Adiutoria-
hic nulla.

Vidimus, & videbimus (ita nunc
Europæ status) eos, quos ignavia aut
praua calliditas, ut alienis laboribus tui-
ssent, armis abstinuit, acerbissimas pœ-
nas soluisse.

Sueton. Junge te
igitur cum
deo.

Cum Cæsare igitur Iacienda tunc
alea : & alterutri se adiungendum.

Vtri ? si pares potentia, meliori : si
disparates, potiori. nisi alia Opportuni-
tas aut Utilitas vincat. Nam profecto

cas hic specto. Alta & animosa quid cogites? Tuta potius: & cum Gallis, Valentini animum probes, consilium Aupspicis sequare.

Tac. IV.
Hist.

V. Fortuna
vñus ad Po-
tentiam.

Et quidem
supra aliis.

AT Fortunam vltimum instrumentum ad Potentiam feci: cui non pri-
mum: Debebam, si vim eius intuerer. Nam quis neget eximiam quoque gloriam & potentiam, sepius Fortune quam vir-
tutis esse beneficium?

Curt. VIII.

Que miri-
fies quod dā
fuerit.

Sunt enim quidam hoc astro; ut iis ad amplitudinem, & gloriam, & ad res magnas bene gerendas, diuinitus adiuncta Fortuna videatur.

Cic. pro
leg. Man.

Omnia sine
laboro sug-
gerit.

Homines ad Pompeianum illud elo-
gium, maiore fortuna quam sapientia.

Sallust. ad
Cæs.

Quibus dormientibus dī omnia con-
ficiunt:

Curt. I.

Reti urbes capiunt:

Inter A-
dagia, &
Plut.

Et in sinum iis de caelo Victoria deuolat.

Liu. VII.

Quos poëta quoque depinxit:

Vell. II.

Qui nec vo-
entes pec-
cantes.

Πολλοί τοι ξεῖνοι οἰδηκοί φρεοί, Theog.
δαιμονοὶ δὲ ἐστι λαθεῖν.

Oīc

Oīs τὸ μακὸν δοκεὸν γίγνεται εἰς
ἀγαδόν.

Multis mens laua est, sed eisdem
numina dextra.

Quaeis male quod ceptum est, vertit
& in melius.

Curt. III. Sicut contrā, aliis destinata salubriter,
omni ratione potentior Fortuna discussit.

Gaudеant ergo qui illam habent.
Nam vel ab hac solā Auctoritas.

Plaut.
Pseud.

-- ut quisque fortunā vtitur, Tales usq[ue]
Ita præcellet, atque exinde sapere magni.
cum omnes dicimus.

Curt. IV. Sed gaudеant moderate, quia mera
& nuda felicitas fragilis : nec quidquam Nescio an in
potest esse diuturnum, cui non subsit ratio. longum.

Ibidem.

Licet pullis istis suis adspirare Fortu- Nam illa se
na videatur, tamen ad ultimum temeri- mutat.
tati non sufficit.

Vell. II.

Et quos diu prosecuta est, repente ve-
lut fatigata destituit.

Destituit : imò abiicit. soletque quos Et led. i.
L 5 quibuscum
luit.

plurimis beneficiis ornauit, ad duriorem Cxf. III.
Civil.
casum referuare.

Tu caue, caue, & poëta monito

Fortunam reuerenter habe.

Auson.

V
vj Alores, via
te ultima ad
Auctorita-
tēm.

E
su

G
fi
f

Facit val-
de pralata
Pietas.

O
L

E

T E R T I A via se nunc pandit, M O-
R V M. quos duplices in Imperante hīc
considero, Internos & Externos. Illos,
qui in animo: vt virtutes. istos, qui in
corpore: vt certos habitus, aut gestus.
Quod ad Virtutes: omnes ex concili-
liandæ Auctoritati sunt, imò & species Tac. xv.
Annal.
virtutum similes: sed duæ eminent, Pie-
tas & Prouidentia. Nam illa sanè vul-
gò venerabilis, facitque *Principes instar* Tac. i.i.
Annal.
deorum esse. Iliu. lib.

Et mouet opinionem, vt *nihil sine* Curt. iii.
diuinâ ope aggredi videantur.

Stagirites ideò monuit. Δεῖ (τὸν αρ-
χοντα) τὰ ὡρὸς τὰς θεὰς φαινεσθε Arist. v.
Polit. cap. xi.
καταλόγοντα δημοφέργυτως: Oportet Prin-
cipem res diuinas videri curare serio &
ante omnes.

Additque caussas. ἥτιον τε γέ, inquit, ibidem.
φοεῖ,

Valer.
cap. x.

Cxf. VII.

Tac. II.
Hist.

φοβεῖν) τὸ παθεῖν πι τῷ θάνατον, εἰς δέοις
δαιμόνα νομίζωσιν εἶναι τὸν αἴχνοντα καὶ
φεγγίζειν τὸ θεῶν καὶ βπιεύλοβοιν ἄτ-
τον, ως συμμάχος ἔχοντι καὶ τὰς θεάς:
Nam & minus iniustum aliquid sperant
ab eo Principe pati, quem religiosum deo-
rūmque verentem existimant: & minus
et insidiantur, ut tutores & adiutores ha-
benti etiam Deos.

*Valer. I. I.
cap. x.*

Iam Prouidentia quoque animis ho-
minum illabitur admirationis prætextā
velatā: si nihil aut suscipis, aut agis, nisi
lente & circumspecte.

*Tac. xv.
Annal.
Curt. II.
Arist. v.
Polit.
cap. xi.
Ibidem.
Hist.*
Id est, feliciter. Plerumque enim
Liu. lib. v. *omnia summa ratione gesta etiam Fortu-
na sequitur.*

Cat. VII. Ergo & Auctoritas: nam Contem-
ptus à lapsu. *Res aduersae Auctoritatem* *Ideas, asti-
matur.*
Imperatorum imminuunt.

Quin ipsa talis indoles, per se potens
est ad Amplitudinem obtinendam. si
quis tardus in actionibus & cunctator
naturā, & cui cauta consilia cum ratione
quam felicia ex casu placeant.

Inter

*Faciunt nō
nihil exter-
na.*

Inter Externos Mores pono gestum:
ut sis *compositus ore:*

i. Ann.

Graui & ad seueritatem flexo , non
tamen ad minas. ηγ φαινεσθ μη χαλε-
πον , αλλα σεμνον , ωσε μη φοβαισθαι τας
χωρυχανοντας , αλλα μελλον αιδεισθαι:
& apparere non acerbum , sed augustum.
ut qui obuij fiunt , non metuant te , sed ma-
gis vereantur.

Arist. v.
Polit.
cap.

*Argue adeò
ipsum do-
mesticum.*

Etiam habitatio habet & adfert ali-
quid dignitatis , si ea in loco splendido
& illustri. Me auctore , elige urbem ali-
quam principem , unde in omnia re-
gimen.

Tac. III.
Ann.

Hanc cole.

-- medium non deserit unquam Claud.
Cæli Phœbus iter , radiis tamen om-
nia lustrat.

Et secede tamen interduni , ut vitato
assiduitatis fastidio , Auctoritatem absen-
tiā tueāre.

Suet. Tib.
cap.x.

Alia quæ huic rei faciunt , pete ē
proprio Capite , *suprà. An ego quæ
dixi

* Lib. II.

Pindar.

dixi repetam, * ἀτε μαχίλανας, Διὸς
νόεενθό?

* Sicut
nugator
aut bla-
ctero, lo-
uis Co-
rinthus.

CAPVT X.

*Ad ea transitum quæ Vertendo re-
gno faciunt: in quibus prima, Vis
est. Ea duplex ostensa: Insidia &
Proditio. Vtraque quomodo ca-
uenda aut punienda, ostensem.*

QVÆ Iuuant aut firmant regnum,
dixi: ad Noxia veniendum est. In
quibus prima Vis mihi occurrit, hoc
fensu: ut sit MOLITIO OCCVL-
TA VNIVS PLVRIV'M VE, IN
REGEM AVT REGNUM. Oc-
cultam dixi, quia non de omni Vi pro-
positum h̄ic mihi dicere (est enim Aper-
ta quædam, vt Factio, Seditio, Bellum:
quas iure differo, & referto ad Pruden-
tiā Militarem:) sed saltem de illâ
Clanculariâ, quæ propriè opposita Vi
nostræ Iuuanti. Hanc duplice facio:
Insidias, & Proditionem. ē quibus illæ
scili

*Vt definita
mea menti.*

Ann.

ift. v.

lit.

P.

ac. III.
nn.

Iaud.

uet. Tib.
ap. x.

Lib. II.

scilicet Custodibus aduersæ sunt; ista
Munimentis. Nam ego ita discrimino,
vti Insidias propriè in caput regis esse
velim: Proditionem in loca eius, copias,
arces. Vtrumque pestilens & metuen-
dum malum: sed metuendum magis,
Periculum quām cauendum. Quī possis? latet: nec
ab ea. prodit se, nisi cūm perdit. Enim uero
Vix repris- Arma aperta palam vites: fraus & dolus Tac. 11.
miser. *occulta, eoque incuitabilia.* Hist.

*Hostem aduersum, ait ille, homini stre- Sall. ad
nuo opprimere haud difficile est: occulta
pericula neque facere, neque vitare, bonis
in promptu est.*

*Principes uni- Nam de INSIDIIS ut primò di-
alium expo- cam: scimus patere vel unius insidiis re- Catt. IV.
fus. gem. nihil nefas esse Avaritiae.*

*Scimus fluxam militum fidem, & pe- Tac. 11.
riculum ex singulis. Hist.*

*Quid proderunt cohortes alaq., si unus ibidem
alterve, presenti facinore paratum ex di-
uerso præmium petant?* Catt. VI.

Profecto regū exitus si reputauerimus, Catt. IX.
plu

Senec
Epist. I.Sen. Te
Herc. C.Arist. v
Polit. cap. XI.

Catt. VI.

plures à suis quām ab hostibus interemptos
reperiemus.

Senec.
Epist. IV.

Quid miremur? Quisquis vitam Et patet,
qui despe-
rat.
suam contempsit, tunc dominus est.

Sen. Trag.
Herc. Oet.

Contempsit omnes ille, qui morte prius.

Difficile igitur auxilium, siue consilium: tamen aliquod. & id capies ab his quattuor, Indagatione, Punitio, Innocentiā, Fato. Ab illâ primū: quoniam omnino utile habere te * κε-
τασόπτες quoſdam siue * ὠτανεστάς etiā. Remedia
tame quan-
tuor.
καὶ τὸ μὲν λανθάνειν τείχεα, οὐσα τυγ-
χεῖν τις λέγων οὐ τείχεα τὰ δέχομδύνων: Specu-
latores.
*& conari ne te lateat, quid quisque sub-
ditorum faciat aut dicat. * Auricu-
latios et
veritatis Glos.
priſae.

Arist. v.
Polit.
cap. xi.

Subditorum, inquam, maximè Illu- Inquisicio
in sermone.
striorum. Nam in omnes quæ acies inquirat? Hoc cùm ad alia utile, tum contra Insidias valebit firmiter. quoniam raro, nisi male locuti, male faciunt: & Lingue temeritas, peruenit ad gladios.

Curt. vi.

Obserua. reperies plerosque insi- Lingua me-
diantium, aut ipsos alibi criminatos tem pr. dū.

Regem

Tac. 11.
Hist.

Sall. ad
Cæs.

Curt. iv.

Tac. 11.
Hist.

Ibidem.

Curt. ix.

Regem esse , aut sermonibus vituperantem
tium criminantiumque faciles aures præ-
buisse .

Itaque sagaci hac viâ , non parum
latus à domesticis hostibus munies .

Idem vi.

Rem enim factam habes , si detectam .

Indicere
præmia pa-
nenda. Quod quò magis fiat , cur non Indici
præmia palam decernas , pecuniam & im-
punitatem ?

Sallust.
Catil.

Publicâ le-
ge vel edic-
to. Idque lege latâ , & sæpius renouatâ ?
Ego è re Principum censeam : & scio
Cruciatus aut Præmio cuncta peruia esse .

Tac. xv.
Ann.

Erenum ptes
omnia re-
uelat. Nam cum secum quicumque animus
Præmia reputat , simulque immensa pecu-
nia & potentia animo obuersantur : cedet
fas & salus aliorum .

Dio L. I.

Et , mihi crede , carissima suorum pi-
gnorum prodent .

Iliu. x. L.

Cantè ta-
men creden-
dum. Sed in delationibus his vide , vt au-
res omnibus præbeas , non etiam fi-
dem . Nam multi , spe aut odio , vana
deferent . ideoque , ex Mæcenatis mo-
nito ,

Sueton.
Domit.
up. xxii.

Dio L.

Dio l.ii. Ήτο, καὶ πάσιν τοῖς λεγομένοις τὸν τοιόταν τὸν μεσέν, ἀλλὰ κατεβάς αὐτὰ τὸ γενοπέντε: non oportet omnibus quae ab his talibus dicentur fidem adhibere, sed acriter ea examinare & discutere.

Amm. Marcell. VIII. Et per Deum, quis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?

Ne immoxy circumstrianatur.

Imò, quia res te tuimque caput spectat, cò magis videndum nequid hìc properè agere videaris; aut in tuâ causâ, tuâ caussâ. Alioqui crebro vulgi rumore laceraberis, tanquam viros insontes ob inuidiam aut metum extinxeris.

Ne locura calumnia & odii appetit.

Dio l.ii. Nam καλεπώταται οἱ πόλοι των θεών, ὅτι τις ἄστρος ἦν, ἐπειχελεύθερος ὁ οπλισθύρως: ἀγερρίμη vulgus credit, quod quispiam inermis insidias armato struat & militibus cincto.

Ibidem. Liu. x.l. Et penè non creditur nisi perpetratum facinus.

Sueton. Domit. ttp. xxii. Ut non immerito ille exclamauerit, Conditionem principum miserrimam, quibus de coniuratione comperta non creditur nisi occisis.

*Connici
puniendi.*

Cautè igitur age & lente. Quid si
comperis? puni, (secundum enim hoc
Auxilium est) & grauiter puni. Nam
insidiatori aut latroni quæ potest afferri
iniusta nex?

Cic. pro
Mil.

Ille est, per quem libertas & anima
omnium in dubio:

Sall. Ca-
til.

Ille, qui in vno capite sæpe omnes
perdit, & magni fortunam populi in rui-
nas agit.

Sen. i. Dt
Clement.

Hic mihi quisquam, mansuetudinem
& misericordiam nominat?

Sall. Ca-
til.

Tua cautio, ô Princeps, nostra cau-
tio est:

Cic. pro
Marcel.

Nec tua propriè, sed reip. hæc vin-
dicta. Ne sanguinem nostrum largiare; &
dum paucis sceleratis parcis, bonos omnes
perditum eas.

Sallust.
Catal.

*Nec tamen
properet.*

Sed tamen ita animaduerte, vt mora
interdum interueniat vltioni. Quid
enim si importuno tempore insidiæ
detectæ? Dissimulabis. gnarus, solum
sæpe insidiarum remedium esse, si non in-
telligantur.

Tac. xii.
Ann.

Quid

xi. An

Sallust.
Catal.

Sen. i. D
Clemen

Ibidem.

Ibidem.

XI. Ann. Quid etiam si à magnis conceptæ,
 & quos tutò statim haud punias? Pre-
 mes: & securitati consules, antequam vin-
 dictæ.

Cic. pro
fil.
Sallust.
Catil.

Res enim monet, cauere ab illis magis,
 quam quid in illos statuas, consultare.

Et quanquam ad Vindictam te in-
 cito, tamen à Veniâ haud semper ex-
 cludo. Pone illustrem aliquem depren-
 sum in hoc scelere, cui tu & patria de-
 uincti: quid facies? Profectò pœnam, si
 tutò poteris, donabis: sin minus, tempe-
 rabis.

Nec item
semper.

Sen. i. De
Clement.

Audi à muliere non muliebre consi-
 lium. Liūia suo Augusto: *Deprehensus
est. iam nocere tibi non potest; prodesse fa-
mæ tuæ potest.*

Ibidem.

*Nihil glorioius est Principe impune
læso.*

Famæ tantùm: imò & saluti. In-
 credibile est, quantum insignita hæc
 aliqua clementia, alios arceat à simili
 conatu, vel pœnitentiâ vel pudore.

Clementia
hic saepe vis-
tu.

Oraculum puta : Clementia non tantum Ibidem,
honestiores, sed tutiores præstat : ornamen-
tumq; imperiorum est simul & certissima
salus.

* Hoc va-
let in Il-
lustribus
maximè
familiis.

Nam profectò * parentes liberiq; eo- Ibidem,
rum qui imperfecti sunt, & propinqui &
amici, in locum singulorum succedunt.

Atque ita fit insidiantium nexus
quidam & cathena. Qui eam rumpes?
Clementiâ istâ, ut dixi: & maximè tertio
nostro Auxilio, Innocentiâ. id est, ne
crebrâ aliorum læsione, caussam ipse
præbeas tui lædendi. Malè vim suam
Causa infi-
dii tollen-
da. potestas aliorum contumeliis experitur.

Et discimus experimento, fidissimā esse Ibidem Pa-
cūstodiam Principis, ipsius Innocentiam. nct.
ibidem.

Reliqua Fa-
ciū permit-
enda.

Iam quartum tibi scutum suggero,
Fatum. Miser, quid te torques? Si illud
volet,

Præbenda est gladio pulchra hæc Iuuen.Si-
& candida ceruix. tyra iv.

Cùm omnia feceris, nec percussorem Ad diū
tuum tolles, nec successorem. vetus al-
lusum.

Si

Acto
cap. xv.

Prover-
Salom.
cap. iii.

Theoc.

Plinius
Paneg.

plin. lib.
v i i . c p.
v l t.

ibidem.

ibidem.

Val. ix.
cap. vii.

ibidem.

idem.
Aetor.
cap. XVII.

Si nolet : es saluus. Deus, Deus, &
 ω ζωμόν, καὶ κινέμενος, καὶ ἐσθόν : in quo
 viuimus, & mouemur, & sumus.

In Dei nos
manu.

Prouerb.
Salom.
cap. XII.

Ille erit in latere tuo, & custodiet pe-
 dem tuum ne capiaris.

Qui reges
seruat mis-
timè.

Thsoer.

-- Διτ̄ κεργίων μέλιται
 Αἰδοίς βασιλῆς.

-- Ioui cura est venerandi
 Principis.

Plinii
Paneg.

Huic fide. ego vota pro te suscipio,
 sed hac lege : Ago cum Deo, uti sospitem
 te incolumemque praestet, si tu ceteros:

Votum meū
pro principiā

Plin. lib.
111. ep.
It.

Ibidem.

Si rempublicam benē, & ex utilitate
 omnium reges.

dem Pa-
cag.

Ibidem.

Si contrā ; ille quoque à custodia tui cor-
 poris oculos dimoueat, teḡ relinquat votis
 que non palam suscipiuntur.

Val. IX.
cap. VI.

Iuuen. Si-
cyra IV.

Peregi de Insidiis. nunc occultum &
 insidiosum malum PRODITIO late-
 bris suis extrahenda est.

Proditiis
noxa.

Ad diū
vetus al-
iussum.

Ibidem.

Tantum incommodi humano generi
 afferens, quantum salutis bona Fides.

Periculorum quoque istud, cùm sci-
licet plerumque *intra mænia atque in si-*
nū urbis sunt hostes.

Sallust.
Catil.

*Qui proni
ad eam?* In quod inclinant, Auari maximè.
qui famæ, fidei, postremò omnibus rebus
commodum suum anteferunt.

Idem lug.

Auari. Palam honesti, animo perfidiosi ac sub-
doli, Auaritiam ac libidinem occultantes.

Tac. XVI.
Ann.

Lares. Item Temporaria ista ingenia:

Curt. IV.

Id est, homines leues, instabiles, & ex
anticipi mutatione temporum pendentes.

Ibidem.

Tanquam cum Fortunâ fidem stare
oporteat.

Liu. XXIV.

Oculi. Denique dissimulatores & occulti,
qui ad illud Homeri,

Ἐδλ’ ἀγορεύοντες, οὐκαὶ ἐφεσί Odyss.
βυασοδόμευον.

Pulchra loquentes, iidem in pectore
praua struebant.

Adeò ut non antè intelligas prodito-
rem, quam proditus sis.

Latro &
pud Sen
Controv
VII. lib.

Imò fidem præferunt vel maximè,

vt

Iuli
XXVII.Tac. I.
Hist.Valer.
cap. v

Dio L

Sallust
Catil.

Liu*ius*
xxviii.

vt faciliū fallant. Obserua. *Fraus in paruis fidem sibi præstruit, ut cùm opera pretium sit, cum mercede magnā fallat.*

TAC. I.
Hist.

Quâ ipsâ notâ, haud vanè eos noscas. Nam insitum homini, quanto magis falsa sunt que fiunt, tanto plura facere. Simulatio
sape detegit.

Valer. ix.
cap. vi.

Malum, & malos istos, vides. quî vitabis? duplice illâ viâ maximè quam suprà præiui, Indagationis & Pœnæ. In illâ nihil muto: in hac aliquid. quia placet nunquam eam differri. & impia proditio celeri pœnâ vindicanda est. Puniendis
celeriter.

Dio. lii.

Quid hîc trepides? omnia patent. *Kαὶ εὐθὲν τὰ δικαιάζεις τὰς τούτους τὰς περσοῦντες, ἀλλ᾽ οὐ πολεμίς μοίχα πολέμεις. imo nec in iudicium tales adducere oporteat, sed hostium loco ilicet punire.*

Sallust.
Catil.

Et vindicanda semper. Me iudice, Puniendi
& semper. veniae non hic locus: & si quis vtatur, ne ista mansuetudo & misericordia illi in miseriam vertat.

In patriam improbi, cui & quando
M 4

*Quia in-
mēdabiles.* vnquam boni? ne spera. Abscindendi sunt. neque tam vlciscendi causâ, quam ut & in præsens sceleratos ciues timore ab impugnandâ patriâ deterreas ; & in posterum documentum statuas, ne quis talem amentiam velit imitari.

Cic. ad
Brut. ep.
xv.

*Puniendi
item grasi-
ter.* Poena autem grauis usurpanda. Platonem si audis, qualis in Sacrilegos. Δικασαί, inquit, τοτοις ἔστωσαν, οἵτε οἱ εργούλοις : Indices istis dantur, qui sacrilegis solent.

Lib. ix.
De Leg.

*Quia im-
pius ha-
facimus.* Meritò. Patria nónne proximo à diis gradu est : atqui ea horum nefario consilio in maxima pericula venit.

Sallust.
Catil.

Itaque nulla esse potest in tanti sceleris immanitate puniendâ crudelitas.

Cic. iv. in
Catil.

*Vix gratum
iu quibus
gratifican-
tur.* Sceleris, quod exsecrantur ipsi hostes: nec bonum iis, quibus bono. Proditores, etiam iis quos anteponunt, iniurisi sunt.

Tac. i.
Annal.

Præmia interdum capiunt, fateor. sed non hercules quo tanto honore digni habentur, sed ut aliorum solicitentur animi.

Curt. v.

*Non certe
ipſi.* Rem inquam amant, non reum. & com

plus
Apopo-

Sto-
Secon-

Cic. p.
Rabir.
Post.

Plurare.
Apophth.

commodè Augustus, Εγώ ἀφοδοσίαν
φιλῶ, ἀφοδότας δὲ τὸν ἐπαγωγὸν: Ego pro-
ditionem amo, proditores non approbo.

Stobæus
Scim. LII.

Commodius etiam ante eum Philip-
pus, Amare se prodituros, non proditores.

CAPVT XI.

De vitio dupli, euersore regnum.

Primum de Odio: cuius pestis sub-
iecta oculis. Fugienda quæ eò du-
cunt: immo et) imago eorum. qualis
est in Suppliciis, Tributis, Censu-
râ. In his singulis quomodo se
gerat Princeps, dictum.

PERNICIE M igitur à Vi præsen-
tem, nec infrequentem, vides: quæ,

Vt ait poëta ille noster, summas fran-
git infirmatque opes.

Sed frequentiorem eam scito, et si
tardiorem, à VITIO: quod definitio
PRAVV M NOXIV' M Q VE IM-
PERIO AFFECTVM, DE REGE
VEL IN REGEM. Tale duplex,

oppositum scilicet totidem Iuuantibus
virtutibus, Odium & Contemptus: il-
lud in regem affectus, hic opinio de re-
ge. Nam Odium est SVBDITORVM
*Ody dif-
ficio.* IN REGEM EIVSQ VE STA-
TVM MALEVOLEN TIA PER-
TINAX ET OFFENSA. Non
enim hic intellego commune & ciuile
illud odium, quo omnes improbos odimus:

*Inde id na-
caur?* Sed Affectum acriorem, cui ex Metu
origo, cum cupidine vlciscendi. Nam
metuūt potentes, ob iniurias aut damna
sub exemplo inferenda: dolent & vl-
cisci cupiunt, ob illata. Ita è mixtione
pessimā, proles pessima nata Odium:
quod semel *insitum animis hominum &*
inustum,

Incredibile est quantum valeat ad
pestem.

Nam à Metu aliquid quī sit firmum?
malus ille diuturnitatis est magister.

Nulla vis imperij tanta est, que pre-
mente metu possit esse diurna.

Causa apud poētam veterem:

Quem

Idem pro
Mil.

Ibi

Sen.
Clem

Ex
Cal

Cic.
Arut
resp

Id. a
tul. 1
ep. 1

Sen.
Clem

Idem De
Arusp.
resp.

Idem 11.
De offic.

Id. Phil.
11.

Id. 11. De
offic.

Sen.
Clem

Ibide

Ibidem.

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit.

Sen. i. De
Clement.

Scilicet per gradus quosdam, exse-
crantur, insidiantur, opprimunt.
Panllatim
perdit.

Ex dicto
Caligulae.

Quidni faciant? multæ illæ manus
sunt, tibi una ceruix.
Et penè cer-
io perdit.

Cic. De
Arusp.
tesp.

Captatur occasio, & qui non tantum
opibus valent, nescio quam tamen fortu-
nam ac tempus exspectant.

Id. ad Lé-
tul. lib. 1.
ep. ix.

Denique inclusum illud odium omne
repente apparet.

Sen. i. De
Clement.

Ah! nescis quanta rabies oriatur, ubi
supra modum odia creuerunt.

Cic. ii. De
offic.

Cinge te, stipa, muni: senties multo-
rum odiis nullas opes posse resistere.

Sen. i. De
Clement.

Tam multis enim periculis peteris,
quam multis ipse periculum es.
Affiduis pe-
riculu expe-
sum.

Ibidem.

Nec illas ipsas manus, quibus te commi-
sististi, securus aspicies.

Fuge hoc ergo, aut Regnum te fu-
git, imò Vita. Quomodo autem? si
Ideò fugi-
dum.

ca

ea fugies, quibus id paratur. Primum
Vitia: deinde & Vitiorum opinionem.

*Nascitur à
vitia.* Vitia quidem tria, aduersa prioribus
illis ad Beniuolentiam instrumentis:
Sæuitiam, Auaritiam, Rigorem. Nam
hæc mala ac noxia esse imperio, quis
tam imprudens qui nesciat, tam im-
pudens qui neget? Itaque fugienda hæc
moneo, non doceo: magis insistam in
Opinione, à quâ maius tibi discrimen.

*Aut opinio-
ne vitiorū.* Scimus enim homines, ut metuant aut
oderint, non minus opinione & famâ,
quam certâ aliquâ ratione moueri. Opinio
autem vitiorum ab illis, quæ agnata
& assita iam dictis Vitiis; vti sunt
Supplicia, Tributa, Censura. Quæ per
se laudabilia, imò necessaria omni re-
gno, speciem tamen & vultum illauda-
bilem sumunt, nisi peritè & callidè ad-
ministres. Ecce Supplicia quantulum
à Sæuitiâ abeunt? sanguis enim vber-
tim effunditur. Tributa ab Auaritiâ?
pecunia audiè congeritur. Censura à
Rigore? frænum & modus inuitis im-
ponitur. Et profectò ea ipsa sint, nisi
finis

*Qui sedes in
Suppliciis.*

Tributis.

Censurâ.

Cic. pro
Leg. Man.

Sen.
Clem.

Ibide

Cic. I.
Att. e

Sen. I.
Clem.

Cic. II.
offic.

Sen. I.
Clem.

finis discriminet: qui palam ad salutem.
 In his igitur ut cautè & prouidè ambules, valdè tibi prouidendum. Primùm
 in *S V P P L I C I S.* & vide ne secure
 Iustitiae illam securim distringas: sed sit
 apud te *Parsimonia etiam vilissimi san-*
guinis.

Sen. i. De
Clement.

*Supplicia
ab Odio mu-
nienda.*

Ibidem.

i. Tardè inquam ad ea venies. propè *Tarditatem.*
 enim est ut libenter damnet, qui citò.

Cic. ii. ad
Att. ep. i.

Decretum hoc tibi mancat: *Meliiss Boni publi-
sanare vitiosas partes, quam exsecare.* *cii vela.*

Sen. i. De
Clement.

ii. Etiam nunquam venies, nisi quoties
 id fieri publica utilitas suadebit.

Cic. ii. De
offic.

Te aut tua cogites? peccas. *Omnis*
 enim *animaduersio debet, non ad eius qui*
punit aliquem, sed ad reipub. utilitatem
referri.

Sen. i. De
Clement.

Aut si interdum & tua res agitur
 (in Principatu id euenit:) dissimula:
 & vultum eum induc tanquam inuitus
 & magno cum tormento ad castigandum
 venias.

Nec

Nec tam ut ipsi pereant, quam ut alios
pereundo deterreant.

Sen. i. De
Ira.

^{exclusione rei.} III. Ad Exemplum scilicet omnia referenda, non ad vltionem. Itaque *Ira* Cic. ii. De offic.

maximè prohibenda est in puniendo.

Sen. i. De
Ira.

Numquis enim membra sua odit, tunc cum abscondit?

Sen. ii. Clem.

Addo, quòd iratus ad pñnam qui accedit, nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ est inter Nimium & Parum.

Cic. ii. offic.

^{Gaudy.} IV. Sed & Gaudio abstinendum vel magis, omnique eius notâ. Ferina ista rabies est, sanguine ac vulneribus gaudere.

Sen. i. De Clement.

Et acutè poëta:

Qui fruitur pñnâ, ferus est: legumque videtur

Claud.
Confus.
Mallij.

Vindictam præstare sibi.

Itaque hoc assequêris, vt quanquam aduersus fontes & extrema exempla meritos, Misératio tamen oriatur; tanquam non utilitate publicâ, sed in Sænitiam vnius absumentur.

Tac. xv.
Annal.

Viden

Arist.
Polit.
cap. 3

Sen. ii.

Clem.

Cic. ii.

plin.
viii.
vlt.

Tacit.
Agric.

i. De
ii. De
iii. De
iv. De
v. De
ment.
ud.
nsul.
llij.
z. xv.
nal.
Atist. v.
Polit.
cap. xi.
Sen. ii. De
Clement.
Cic. ii. De
offic.
Plin. lib.
vii. ep.
vlt.
Tacit.
Agrie.
v. Videndum ut pœnæ sint è mori-
bus receptoqué ritu. Δεὶ τὰς κολάσες
πατεῖνας ποιεῖ: Oportet supplicia more
patrio sumi.

Observatio-
ne mortuus.

Lædit, quidquid in his nouum
aut nimium: crudelesque meritò, qui
puniendi caussam habent, modum non ha-
bent.

v i. Etiam hoc, vt Æquabiles. & ne ^{Æquals-}
_{tate pone,} iisdem de causis, alij plectantur, alij ne
appellantur quidem.

Aut isti duriùs, alij mitiùs punian-
tur. quod improbum: nisi fortè in
Nobilibus. Nam video & à medicis,
quamquam in aduersâ valetudine nihil
serui à liberis differant, molliùs tamen li-
beros clementiusque tractari.

v ii. Denique postremò, vt Supplicia
ipse nunquam exigas, atque adeò vix
spectes. Nam & Nero subtraxit oculos,
iussitque scelera, non spectauit.

Sic subdu-
ctione.

Placet viri magni scitum: Αὐδη
ἀρχον

ἀρχοντις τὸ μὴ ἀνάγκης δέομδον, αἱλοις Xenoph.
τεροσαντέον ἐῇ κολάζειν. τὸ δὲ τὰ ἀθλα
διαδόναι, δι ἑαυτὸς ποιεον: Viro Prin-
cipi, ubi pænarum aut coercitionis res est,
aliis id delegandum: ubi præriorum aut
munerum, ipsi obeundum.

Nodus in
multitudi-
ne punien-
dorum.

Habes quæ cottidiana vulgataque
Supplicia satis mitigent. quid in raris
aut nouis? Puta enim multos aliquos
& grandes peccauisse, quos citra iniudi-
ciam grandem haud tollas. Hic pri-
mùm illud suadeam: non carptim aut
per interualla, sed omnes tolli uno
velut icētu.

Tollendi si-
mul.

Specie hoc acerbius, re mitius. Nam
repetita illa & frequens vindicta paucō-
rum odium reprimit, omnium irritat.

Sen. i. De
Clement.

Moliendū
edium be-
neficiorū.

Incide semel, quidquid incidendum
est: & tum Malagmata adhibe hæc
bina. Prius, in alios Beneficia: quasi
illis demotis, auctam lenitatem tuam testi-
ficando.

Tac. xiv.
Ann.

Et supplicio
ministrorū.

Alterum, Deriuationem: puniendo
rerum atrocium ministros.

Impro

Plinius
Paneg.

Curt. x

Cic. ii. L
offic.

Iliad. ad.

^{1. Hist.} *Improbum hoc nonnemini? quid
refert? olim, & seueris quoque Ducibus,
surpatum.*

<sup>Plinius
Paneg.</sup>

*Qui fuso sanguine, fusi sanguinis
cluerunt inuidiam: & viles quosdam,
velut piaculares publici odij victimas, de-
derunt.*

^{Curt. x.} *Vulgus hominum cā ratione placati, imò lati, recidisse iram in ire mini-
stros, nec ullam potentiam scelere questam cuicquam esse diuturnam.*

<sup>Cit. II. De
Offic.</sup> *VENIO ad TRIBUTA lenien-
da: quo nomine censeo omne genus
exactionum. Aspera in vulgi auribus
vox, res in animis: nec alia crebrior
odiorum seges. Nullum enim vitium
tetrius Auaritiā, præsertim in Principibus
& reip. gubernatoribus.*

*In Tributis
asperitas, &
odium.*

^{Iliad. ad.} *Quām turpis ille Homeri
Δημο^λε^βερ^ς βασιλό^ς?
Popliuorū Princeps?*

*Populo quidem iudice, cui pecu-
niā eripere, idem quod vitam.*

N

Nam vul-
gus pecunia
restimentis-
mum.

T' δέ γένετο θεῖον αὐγή νεφέλη ψυχὴ^ν
βροτοῖς:

Comicus
vetus.

Pecunia, anima & sanguis est
mortali bus:

Ait non falsus vates. & videmus
audimusque cottidie, quām multi Prin-
cipum pecunias acerbè conquirendis, plus
inuidiae sibi quām virium addant.

Tac. III.
Hist.

Tac. x.
Ann.

Ibidem

Dio L.

Fomenta
huic rei
quinque.

Primum
Necessitati.

Itaque intente & cum curâ hanc
quoque partem habe: & insitum illi
Odium, quā potest, deterge aut molli.
Quod feliciter facturum te spondeo
quinque his fomentis. Primum illo
Necessitatis. Id plagæ huic animorum
statim applica: & da operam ut omnes
intellegant, si salvi esse velint, Necessitati
esse parendum.

Cic. II. De
offic.

Plinius
Paneg.

Plaut.
Bacch.

Sine Tri-
butu nullus
status.

Quæ enim res publica aut regnum
sine Tributis? Nec quies gentium sine
armis, nec arma sine stipendiis, nec sti-
pendia sine tributis haberri queunt.

Tac. IV.
Hist.

Tac. XII.
Annal.

Hæc ornamenta pacis sunt, & subsi-
dia belli.

Cic. pro
leg. Man.

Disso

Plinius
Paneg.

Tac. XII.
Ann.

*Dissolutionem itaque imperij doce, si
fructus quibus respublica sustinetur, deminuantur.*

Ibidem.

Imo nisi interdum & Augeantur. *Vet augen-*
Semper enim videndum ut ratio que-*da.*
stuum, & necessitas erogationum, inter se
congruant.

Dio LII.

Non videt hoc vulgus, scio : τὰς μὲν
ἀροσόδες (Ἐ αρχοντὸς) ἐποίμως ἔξεργο-
νώμεν, τὰ δὲ ἀναλογατὰ τοι εἴδη ὄμοιως
ἐπιλογὴμενον : reditus quidem & prouen-
tus Principis acribus oculis intuens, conni-
uens ad erogationes & sumptus.

Sed tu ingere : & utiliter interdum *Sed populus*
calculum cum Imperio pone. *descendens.*

Plinius
Paneg.Plaut.
Lucch.

Quid ambigis? nunquam hic luscimio-
la defuerit sua canto.

Tac. XII.
Ann.

Semperque in Principe, cupido auri
immensa, obtentum habebit, quasi substi-
dium regno paretur.

Plinius
Paneg.

Si tu hæres ; ecce qui transferant,
& te contra se iuuent. Miror & rideo:
Principes suā sponte nudi & rapaces,

& qui magistris non egerent, plura tamen semper à nobis contra nos didicerunt.

Nunquam iis defuerunt, qui, fronte
graui & supercilioso tristis, utilitatibus Fisci contumaciter aderent.

Suadendus.

Quod si populus tamen renuet, tum ego ad Themistoclem te mitto: cuius factum vide. Is ad Andrios super Pe-
cuniā legatus, dico ἐλθεῖν ἐφ θέρες κομί-
ζων, πεισθεὶς βίᾳ: duobus diis comitatum
venire se dixit, Suadā & Violentiā.

Vix cogem-
dus.

Vide, imò & imitare. ac priorem illam Diuam semper adhibe. nōnne im-
petrare melius, quam imperare? altera-
ram, cùm opus. Etsi quando opus?
*Suasio ab eo qui iubere potest, vim neceſsi-
tatis affert.*

Modestè ha-
benda Tri-
buta.

Sed vide (Fomentum hoc secūdum)
ut Moderatio seruetur: ne Grandia ni-
mis ea sint, sed modica, pro copiā scilicet
aut angustiā rerum.

Ne magna
sint.

Apage istos, qui rem auferunt cum
paluisculo:

Quibus

Plaut.
Bacch.

1 v. Ann.

Plini
Panep.

Suet.

Plut.

Plutare.
Them.Ex Cie
ad Ati
ep. II.Plutar
Them.Tac. xii.
Ann.Tac. I
Ann.Prouer
Salom
cap. xx.Amm.
xxii.

Minius
Paneg.

Quibus ærarium est *Spoliarium ci-*
uium, cruentarūmque prædarum recepta-
culum.

Suet. Tib.

Tu cum Tiberio, tondere pecus ma-
 lis quam deglubere.

Ut delibin-
tur opere tā-
tum.

Plut.

Alexander olim recte: καὶ οὐ πωεῖν,
 inquit, μοσῷ τὸ ἐν πίλαιν στέμμα τὰ
 λαζάρα. Hortulanum odi, qui ab radice
 olera exscindit.

Ex Cic. iv.
ad Attic.
ep. ii.

Et ego sanè Principem, qui pennas
 ita incidit, ut nequeant renasci.

Plutarc.
Themist.

Carpe, carpe. Nisi facis, iure insur-
 gunt & clamabunt, Sibi quoque duos
 deos adesse, Πενίαν καὶ Απορίαν: Paupertati-
 tem, & Impotentiam.

Tac. i v.
Ann.

Denique pacem fortasse exuent, tuā
 magis auaritiā, quam obsequij impatientiā.

Proverb.
Salem.
cap. xxx.

Profectò qui nimis emungit, elicit
 sanguinem.

Amm.
xxii.

Vide etiam ne Sordida. Indignum
 rege, lucrum ex omni occasione odorari.

Ne Sordi-
da.

Et quod vetus verbum ait, καὶ τὸ

verp̄s φέρειν: vel à mortuo auferre.

Attist. II.
Rhet.

*Morboniam mihi Flavius cum ve-
ctigali suo urinario abeat.*

E Suet.
Vesp.

*Nec ē dela-
tionibus ea-
pia.*

*Multò magis damno Delationes, &
locupletissimum quemque in prædam cor-
ripi.*

Tac. II.
Hist.

*Nec nimis etiam ex meo sensu (aspe-
rè quidem exercita) lex Maiestatis,
sæpe singulare & unicum crimen eorum,
qui crimine vacant.*

Plinius
Paneg.

*Denique ad Moderationem perti-
net, ne Crebra: & ne idemtidem Pro-
tina. uinciae nouis oneribus turbentur.*

Tac. I.V.
Ann.

*Nouig. sem
per inuenti.*

*Non exquires subinde nouos sinus, &
varia prædandi vocabula:*

iv. Hist.

*Centesimas, quadragesimas, quinqua-
gesimas:*

xiii. Ann.

Columnaria, hostiaria:

Cæl. III.
Bell. Ci-
uil.

*Et quæ alia exactionibus illicitis no-
mina Grypi isti inuenerunt.*

Tac. XIII.
Ann.

*Tu vetera serua. & ea quoque (Fo-
men*

IV. Ar

Festus.

Lucian.

Archiloch.

Lamp Comm.

Cæf. I.
De bel
Ciui.

Plaut.
Aul.

st. 1L
et.
uet.
sp.
c. 11.
st.
10.
Festus.
Lucian.
Archioch.
Lampr.
Comin.
Cxf. 111.
De bell.
Ciu.
Plaut.
Aul.
st. 1L
ell. C.
ac. XIII.
nn.

mentum tertium Coerctio) ut sine Aua-
ritia & crudelitate Ministrorum tolle-
rentur, vide. Coerendi
Administris
Tributorū.

Vtramque hanc arceo. Auaritiam,
quæ Fraude grassatur: Crudelitatem,
quæ Vi. Sed ab illâ (Fraude, inquam)
periculum tibi grande, & penè certum.
Adeò Ministrorum omne hoc genus
(bonorum pace dixerim) *Lauerniones:* Qui pluri-
mum im-
prebi.

*Agenantincōteegi nōn galōv: Felibus Et Harpa-
rapaciōres. gēs.*

Quibus studium nāv' ἀνδρ' Διοσκα-
λύπτειν: omnem hominem natū decoriare.

Prēdam in sinum suum conferre:

Lucellum in lucro tuo facere: &
præter imperatas pecunias, priuato com-
pendio suo seruire.

Vno verbo,

*Homines cum senis manibus, ge-
nere Geryonaceo:*

*Quos si Argus seruet, qui oculens
totus fuit,*

Is nunquam seruet.

*Et tamen seruandi frænandiq; sunt,
aut te perdent. Actæonem, inquam, suum
comedent isti canes.*

Duplex ab
in camela.
Electio.

*Quomodo poteris? cautione dupli-
ci. Primum, ut res tuas non nisi spectati-
fimo cuique mandes.*

*Deinde, si fallent, amoureas: nec id
sine poenâ. Quâ illâ? Talionis. Ere-
ptum alienas pecunias iuerunt? perdant
has quas habent.*

*Spongiae faciendi sunt: & exprimen-
di, postquam affatim biberunt.*

*Neutra sa-
tu firma.*

*Si vlla res, hæc eos comprimet: et si
vereor, ut nec ista. Cur te fallam? Suc-
cedent Mucianus & Marcellus, & magis
aly homines quam aly mores.*

*Legibus fraudes reprime: miras per
artes rursus orientur.*

*Mille pænarum indagine include:
erumpent.*

*Adeò splendens hoc aurum præstrin-
git oculos:*

Et

Vattro in
Fragm.

Sophoc.

Tac. I. v.
Ann.

Plin. Pa-
neg.

Tac. x.
Annal.

Dio L

E Suetonij
Vesp. cap. xvi.

Tac. IV
Ann.

Cic. II. 1
offic.

Tac. II.
Hist.

Plin. Pa-
neg.

Tacit.
Agric.

Et altè impressum omnibus,

Sophoc.

-- μηδέν εἴ τοι σωτήρας κανόν.

-- nihil esse cum lucro malum.

Iam à Crudelitate quoque & à Vi-

Tac. XIII.

Annal.

Violentia is
cauendum; ne tot per annos sine querela
tolerata, nouis acerbitatibus ad iniuidiam
exigēdo vi-
tandas.

vertant.

Modestè iube exigi, & vt verè

* Tributa: id est, per partes. Valde

hoc (tenuiores præsertim) subleuat,
Nam Tribuo,
Diuido.

Dio LII. cùm possunt κατ' ὀλίγον ἢ τάξεσιν
ὅσου ὀφείλεσθι εἰσφέρειν: paullatim & per
partes, quæcumque ex præscripto modo de-
bent, inferre.

Absint, quantum potest, illa extre-
ma: ne bounes ippos, mox agros, postremò
corpora seruitio aut pœnæ tradant.

In primis vt uno certoque Tributo
cic. II. De defungantur: & in reliquum, sit libera
offic. nec sollicita rei suæ cuique custodia.

Non prædo, non miles diuexet.
Quamuis enim grauia, tamen iniuncta
imperij munera impigrè obibunt, si Vis &
Iniuriæ absint.

Non resis-
ta auferen-
da.

Securi sunt
ab alio ra-
pi.

Præscriptum
à Milite.

Tacit.
Agtic.

Has ægrè tolerant.

Ibidem.

*Hinc ira & questus. & postquam non
subuenitur (interdum sanè euenit) re-
medium ex bello.*

*Parcet, &
ex usu, Di-
spensanda
tributa.*

At quartum Fomentum, Dispensatio. Eam restrictam utilemque esse suadeo, & qualis in familiâ boni patris. Exiguam in publicum impensam quis grauabitur, *εν ορθοσι στωφεγνως* Dio LII. *τη διατομην, κη μηδεν μαρτυρ αναλι-
ουνται; si videant te continenter sobrieq,
vinentem, ac nihil vanè effundentem?*

*Tanquam
aliena pe-
ccatoria.*

Scient enim verè in publicum tribui: teque esse dumtaxat φύλακα νομι-
ταριαν, ως κοινων, ἀλλα μη ως ιδιων:
Custodem & Dispensatorem, ut communium bonorum, non ut tuorum.

*Non ubi
voles.*

Ita debes. non priuatim largiri, quod Tac. II.
audius de rep. sumas:

Hist.

Et explorare hiantes in magnâ fortunâ i. Hist.
amicorum cupiditates.

Non per delicias aut sumptus, pecu- i. Hist.
nia illudere:

Vt

Sallu-
Catil.

Lampr.
Alex.

Sueton.
Net. ca-
xxx.

Stobaeus
Ser. xv.

Arist. v.
Politic.
cap. xi.

Ibidem.

Mlinius
Pineg.

Sallust.
Catil.

Vt quas honeste habere & vti licet, per
turpitudinem abuti properes.

Lampr.
Alex.

Absit. Alexander Romanus tibi Sed ubi de-
bet.
præeat: qui aurum & argentum raro cui-
quam nisi militi diuisit: Nefas esse dicens,
ut Dispensator publicus, in delectationes
suas suorumve conuerteret, id quod Pro-
vinciales dedissent.

O virum, ô Principem! imitare. Non Turpes hic
Predigi.
illos tyranniones: qui diuitiarum & pe-
cunie non alium fructum putant, quam
Profusionem.

Stobæus
scr. xv.

Quos Crates recte olim assimilauit
τὸν τὴν κηρυκῶν συκαις, αφ' ᾧ ἀνθερό-
πος μιδὲν λαμβάνει, κορεῖται ἢ οὐκέτε:
iis sicibus quae in altis preruptisque na-
scuntur, è quibus homo fructum non accipit,
Corui tantum & Milui.

Ibidem.

Id est, Εταιρεῖς η̄ Κόλακες: Scorta &
Adulatores.

Hilarius
Paneg.

His talibus cùm omnia rapiant, & ra-
pta retineant; ut si nihil rapuissent, nihil Statimque
exhausti.
retinuissent, omnia desunt.

Ac

At noster ille Princeps qui *sue pecuniae parcus, publicae auarus:*

Tacit. 1.
Hist.

*Laudabilis
parc.*

Qui eam non abiicit in scurras, mimos, & id genus amicitiarum dehonestamenta:

Tac. 1.
Hist.

*Et semper
in malto
are.*

Semper abundat, & tantas vires habet Frugalitas, ut tot impendiis, tot erogationibus, vel sola sufficiat.

Plinius
Paneg.

Liu. 1.

Πλεῖτερος πρὸς αὐτοὺς (aiebat olim magnus amicus ad Augustum) εἶχε τέτοιος ἐν τῷ πολλῷ λαμπάδειν, ὡς ἐν τῷ μηνὶ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται: Magnæ opes, non tam multa capiendo, quam haud multa perdendo, queruntur.

Mæcen.
apud
Dion.
L. 1. 1.

*Æquiter
omera immi-
ponenda.*

*Sine odio
aut gracia
affluit.*

Quintum ultimumque Fomentum, Äqualitas. hoc est, ut iusta & uniformis contributio sit, nec per bonam malamve gratiam hunc subleues, illum premas.

Lib. XI
De Leg.

Ut Sol & dies omnibus in commune nascitur:

Plinius
Paneg.

Sic debet Princeps. & incommoda aut commoda ciuium non dinellere, atque omnes eadem equitate continere.

Cic. II. D:
offic.

Vix

Vix credas, vbi inæqualitas, quantum angantur. insitâ humano ingenio inuidiâ, ut pari dolore aliena commoda, ac suas iniurias metiantur.

Odiosa quo-
runda sub-
lenatio aut
exemplia.

Huic autem Æqualitati ratio viii-ca, *Census*: res saluberrima magno futuro imperio.

*Census ad
hoc utile.*

Quem nesciri aut neglegi hodie, non mirer? iure. cum tam prompti obuiique exempli sit, (nam quæ mediocriter bona respub. olim sine illo?) & simul tam manifesti usus. Plato verè: *τεπμῆδς μὲν ἔρασον τὸν θόιαν, ἐνεκα πολλῶν ζητεῖ: Quemque opes suas in censum deferre, ad multa utile.*

Flagitiose
adhuc ne-
glectus.

Sanè ad multa. Nam hac vñā re fit, ut omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorūmque discrimina in tabulas referantur.

Conducit ad
plena rep.
notissimam.

Atque ita quantum vrbes gentesque singulæ numero militum, quantum pecuniâ valeant, monumenta exstant.

Ad vires
militares
sciendo.

Denique ad nostram hanc rem,

vt

Ad Tributa pariter emponenda. ut æquiter ex censu quotannis Tributa Cic. II. in Verr.

Itaque, si sapis in tuam publicam-
que rem, reuoca. & lecti *Censores*, populi
^{III. De Leg.} *auitates, suboles, familias, pecuniæ*que
censento.

Quibus potestas omnis estimationis II. in Verr.
summagj, faciendæ permittatur.

Legendi Cen-
sores à Pe-
gnolo.

Sed à quo lecti? si me audis, ut odium
suspicionesque muneri detrahantur per
se aspero, designet ipse *populus*; ut cui Ibidem.
maximam fidem rerum suarum habet,
maximâ curâ deligat.

In epida bi-
ni.

Quàm multi legendi? Sunto bini aut Ibidem.
terni in singulis ciuitatibus.

Derandus
Censu.

Census ipse quoties instituendus?
Variant. οὐ ποτὲ ὁ πόλεοι πυμῶν) κατ' Arist. v.
Polit. cap. viii.
εὐιατὸν, οὐ δὲ μείζοις Δῆλα τειεπηγίδος
ἢ πεντεπηγίδος: Et in quibusdam ciuitatibus
vertente anno censentur, in aliis
majoribus non nisi tertio aut quinto quo-
que anno.

Nostro in-
dicio que-
tannu.

Ego in annos, tutius meliusque cen-

Cic. v. I.
Rep.

Dio L. 11.

Tac. tit.
Anan.

censcam: ob migrationes, mortes, opum augmenta aut imminutiones.

SED à Censu ad CENSVRAM ^{De Censu-}
 transeo, vicino flexu. Ea enim tertia
 odiorum materies. de quâ tamen mi-
 tigandâ frustrâ differam, nisi priùs de
 usurpandâ. Nam (heu æui dedecus!)
 rem moribus & vitæ utilissimam adeò ^{qua igno-}
 Cic. v. De obliuione obsoletam videmus, ut non modo ^{ta munera, aut}
 Rep. non colatur, sed etiam ignoretur. ^{præcta.}

Definitione igitur prius aperienda
 est. & appello Censuram, A N I M A D- ^{Quid mihi}
 VERSIONEM IN MORES AVT ^{fit?}
 LVXVS EOS, Q VI LEGIBVS
 NON ARCENTVR. Proprium enim
 Dio LII. hoc eius munus, ἐπανορθεύν δου μήτε
 πνὸς πμωγίας ἀξιά δέι, καὶ παροεῷμψα,
 πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν αἰτία γίνεται:
 corrigere ea, qua Pænā digna nondum ^{Sine ea}
 sunt, neglecta tamen aut insuper habita, ^{aut perit.}
 multorum magnorūmque malorum cauf-
 sam præbeant.

Tac. III.
 hanal. Imò paullatim, omissa, funditus rem- ^{Au: perit.}
 publicam trahant.

Quid

Quid enim prodest foris esse strenuum, Val. 11.
si domi male vivitur? cap. ix.

Profectò nisi singulis quoque hominibus officium ac verecundia sua constituerit, partarum rerum æquatus cælo cumulus sedem stabilem non habebit.

Firmanda
huius vinculo.

Hæc itaque instituenda est, magistra pudoris & modestie:

Et eligendus unus alterius *Præfector* Pro Clue.
moribus, magister veteris discipline.

Vt metus aliquis etiam præter leges sit; & sciant omnes *siquid in Moribus labat, non defuturum corrigendi autorem.*

Eius mate-
ries, Mores.

Nam duo hæc distinctè Censuræ subiicio, Mores & Luxum. Mores intellego, Lascivias, Libidines, Ebrietates, Iurgia, Periuria, & quidquid tale Probitas ac Modestia damnant.

Castigandi
in iunctu-
bus.

Igitur noster Censor omnem ætatem, & omnem sexum castigabit. *Prauas* Sallust. ad
artes malisque libidines ab iuuentute Cæsi.
prohibebit:

A seni

ibidem.

A senibus, eas voluptates quas eorum *In senibus.*
etas sine dedecore non attingat:

ibidem.

Ab vniuersâ plebe otium: ut ha-
beat negotia sua, quibus à malo publico de-
tineatur. *In plebe
ignavia.*

ibidem.

Denique dabit operam, vt omnes
Probitati atque Industrie, non Sumptibus
neque Dinitiis studeant.

Tac. III.

Ann.

Nam hæc quoque cohibenda; id est,
Luxus, qui alioqui *in immensum pro-*
rumpat, ad cuncta quis pecunia prodi-
gitur.

*Materies
altera, Læ-*
kus.

Eum ego in quattuor his pono: Pe-
cuniâ, Domo, Coniuuiis, Veste. In
primâ maximè: quæ nutrix, imò mater
huius, & plurium malorum.

*Cui origo
ab Opulen-
tia.*

Iuuen.

Sat. V. I.

-- turpi fregerunt secula luxu
Dinitiæ molles.

Iullust. ad

Cæl.

Itaque meus Censor ante omnia,
Pecunie, quæ maxima pernicies est, vsum
ac decus demet.

Ariß. V.

Politic.

Sat. VIII.

Quid renuis Princeps? è te tuâ est:
wse mnderâ è zyndz wolu zyfexz. *Minni opes.
è re Prince-
pum.*

διωάντι, μήτε φίλων, μήτε θεματον.
neminem existere qui nimis excellat, siue
amicorum copiâ, siue opum.

ibidem

Auri vis atq; opes Principibus infensa.

Tac. x. t.
Ann.

Imò, Principatui infensa. atque *ij*
Et regni. { demum penates (otaculi vocem audi)) ea ciuitas, id regnum, aeterno in gradu
facile steterit, ubi minimum virium Ve-
neris Pecunieq; cupido sibi vindicauerit.

Val. iv.
cap. iii.Tac. vi.
Ann.

Per hac ni-
mias perdü-
tior. Sepe iam audiui, qui reges, quæ ciuita-
tes, per opulentiam magna imperia amise-
rint, quæ per virtutem inopes ceperant.

Sallust.
ad Cæs.Sall. ad
Cæs.

Conducit &
Subdit. Sed e re Subditorum multò magis.
Nam ubi diuinarum cupido inuasit, ibidem
neque disciplina, neque bona artes satis
pollent:

Omnia bona vilia sunt: fides, probitas, ibidem.
pudor, pudicitia.

Tac. i. 1.
Ann.

Nam ubi
diuina, vi-
tiae. Virtuti aut deo nunquam carus, cui
carx opes. Nec quisquam extollere se, ibidem.
aut diuina mortalis attingere potest, nisi
omissis Pecunie & corporis gaudiis.

Itaque

Plinius.
Ianeg.Sallust.
Cæs.

Ibidem. Itaque meritò Censor, Pecuniae studium tollet, aut quoad res feret, minuet.

Ibidem. Alligabit Auaritiam belluam feram, Anaritia
coerenda.
immanem, intolerandam:

Tac. VI. Et illud urbibus vetus, fænebre malū, Et fænu.

Ann. Ne ex libidine potentium agitetur.

Tac. II. De Et que res familiaris iis modò rebus Et sordidae
queratur, à quibus abest turpitudo. questiones.

Sallust. ad Cæs. Denique profusiones vetauit, & finem Sumptuum statuet.

Ibidem. In Domo. ne superbè nimis struant, Sumptus
aut instruant: & signis, auleis, aliisque circa adi-
operibus exornent.

Ibidem. Ah stulti, qui omnia potius visenda quam semet efficiunt!

Tac. VI. Ann. Et in cādēni, modum posset argento, supellecili, familiæ.

Zinjus. In Coniuuiis. damnabit exquisita ingenia cœnarum: Circa con-
iuncta.

Iallust. Cœli. Et istos helluones, quibus mos rufie- di causâ, terrâ mariq; omnia exquirere.

Et uno verbo, videbit ne luxus men- Tac. iii.
sae profusis sumptibus exerceantur. Annal.

Circa vestes. In Veste. ne promiscua viris & fæ- Ibidem.
minis:

Nobilibus & plebeiis. utque sui & certi quidam cultus sint his, qui ordinibus & dignatione antistant. 11. Ann.

Momum in his gran-
de. In leui hæc habes? erras. Conuinio- Sen. Ep.
rum luxuria & Vestium, egræ ciuitatis Cxv.
indicia sunt: Cic. iij.
Rep.

Et hinc ferè nouitiae. Imò morituræ. Nam hæc inuentu- Sallust. ii.
tem, ubi familiares opes defecerunt, ad fa- Cxii.
cinora incendunt. Idem p.
Client.

Res abit, fides perit: eadem tamen illa, Cic. ii. ii.
qua erat in abundantia, libido permanet. Catil.

Itaque quid aliud quam moueat com- Sallust. ii.
posita, & res nouas sceleribus acquirant? Seren.

Scito certò, hoc in rep. seminarium Cic. vi. iii.
Catilinarum fore. Catil.

Aut immutatio. Vedit Prudentiæ oculus. Τί γνωταί, Arist. v.
inquit, μετεβολαί, καὶ ὅτεν ἀναλώσοται Polit.
τὰ ιδιαὶ σοσλήσεις ζωτες. καὶ τὸ οἰ τοιότοι
κανοτο

καυτομενοῖς ξέστοι, καὶ ἡ τυραννίδι ὅπην-
σεν), ἡ κατεύσθαζον ἔτερον: Fiunt in
rep. mutationes, cum homines sua consu-
munt prodigè viuentes. Hi enim tales, res
nouas querunt: & aut ipsi Tyrannidi im-
minent, aut ad eam alios vocant.

Hæc sunt, quæ effici à Censore cu-
pimus. Quo telo? dupli, Ignomi-
niæ & Mulctæ. Illa quidem propria
eius est, & olim sola. *Censoris indicium,*
citat Cicero, nihil ferè affert damnato, nisi
ruborem.

*Censoris ar-
ma.*

Ignominia.

*Idem pro
Cluent.* Timoris enim caussam, non vita pœnam
in illâ potestate esse voluerunt.

Sed ut nunc mores, alteram ego il-
lam omnino adiungam. Quid enim si
quidam eā duritiā oris sint, ut depudere
didicerint?

*Et mulctæ
in persue-
rantes.*

*Valer. lib.
VI. cap. ix.* Et voluptatum non illecebris tantum,
sed ipsâ infamia gaudeant?

*Sen. Ad
Seren.* Sanè eos mulctem: nec exsanguem
illam & ferream frontem nequ quam con-
uulnerem notis.

Cottidianum enim istud, ac sine effe-
etu iurgium sit.

Sen. Nat.
Quæst. vi.

*Adhortatio
ad Censurā
renunciandā.*

HABES vniuersam Censuram. tu
institute, aut potius restitue eam, ô Bo-
no generis humani nate Princeps. Om-
nia iacere sentis, bellorum impetu perculta
atque prostrata.

Cic. pro
Mæcet.

*Quæ nunc,
pi unquam,
vixi.*

Excita, per deum immortalem. re-
uoca fidem, comprime libidines, & quæ di-
lapsa fluxerunt, seueris legibus vinci.

Ibidem.

*Inuidiosa
ea.*

Non nego, quin aspera hæc res in prin-
cipio futura sit.

Sallust. ad
Cæl.

Quia noua; quia contra sensum vul-
gi. οἱ δὲ πολὺ τινὲς ἀδοκεῖσθαι, διὸ καὶ τὸ βίον
ἀγαπῶσι τὸν δητελεμονόν: Nam multitu-
do voluptatem, ideoque & vitam amant
dissolutam.

Aristot.
Ethic. I.
cap. v.

*Sed spern-
da vix mui-
dia.*

At tu capesse rempub. & omnia aspera
peruade.

Sallust.
ad Cæl.

Quid trepidas? multorum saluti po-
tius, quam libidini consule.

Ibidem.

Ea vero apud sapientes clementia erit,

Ibidem.
reti

Ibidem

Plinius
Paneg.

Tac. II
Annal.

Plinius
Paneg.

Tac. II
Annal.

Cic. pro
Sulla.

en. Nat.
Cest. iv.
retinuisse ab stultitia & falsis volupta- Aut asper-
tibus opim-
mo.

Ibidem. *Non si flagitiis obsecutus, delicta per-
pessus, praesens gaudium cum mox futuro
malo concederis.*

Cic. pro
Marcel.
Et tamen quidquid h̄ic asperum,
facilē mitigabis triplici nostrā obserua-
tione. Primūm, si tu sub Censurā: id est,
si vita tua ad illam normam, ad quam
alios formas. O mitem & efficacem
hac ratione Censuram! *Ad hanc diri-
gemur, ad hanc conuertemur:*

Hac ipsa
qui mitige-
tur.

Primūm
vita Princi-
piū.

Tac. III.
Annal.
*Et pr̄cipiūs ad stricti moris auctor eris,
antiquo ipse cultu victuque.*

Plinius
Paneg.
Nam vita profectō Principis Censura
est, eaque perpetua.

Aristot.
Ethic. I.
cap. v.
Sallust.
ad Cæs.
Tac. III.
Annal.
Secundò, si non omnia simul emen-
dabis: sed paullatim καὶ οὐχ ωδὴ,
ad pr̄scum morem recedes.

Deinde mo-
destia emē-
dativus.

Cic. pro
Sulla.
*Neque enim potest quisquam nostrum
subito fingi, neque cuiusquam repente vita
mutari, aut natura conuersti.*

Ibidem.
Tempore opus: & vitia quædam tol-

lit facilius Princeps, si patiens eorum est.

Sen. l. Dr.
Clement.

Quosdam pudor, alios necessitas, non nullos satias in melius mutet.

E Tac. iii.
Ann.

Nam peregrinatur quorundam animus in nequitia, non habitat.

Val. vi.
cap. ix.

*Potremus, premioq[ue] diuines-
tatione.* Tertiò denique, si Præmia diuides in bonos. Quis censembit nisi virtutis amore te asperum, cum tam benignum te videant in eos qui habent illam? *Premio & pañā remp. contineri,* Solon olim dixit:

Cic. ad
Brut. ep.
xvi.

Verè. Nam præmia bonorum malorumque, bonos ac malos faciunt.

Plin. Pa-
neg.

*Qae, va-
lides stu-
mulus ad
Virtutem* Videbis semper cù impendi laborem ac periculum, unde honos atque emolumentum speretur.

Liu. iv.

*Πάν τὸ πιμώδην ἀνέτοι, ἐλαπήται
ἢ τὸ ἀτιμαζόδην. οὐ τέτο δεῖ σφρανέ-
σατοι σπουδῶν δεχῆς εὐ διοκεδημίς: Au-
getur & crescit, quidquid in honore est:
deficit & minuit, quidquid in contemptu.
Atque hoc signum clarissimum est imperij
bene constituti.*

Iambli-
chus.

Sen. C
dip.

Pluta-
Polit.

Idem
poph.

n. i. De
ement.
Tac. III.
an.
Plinius
Paneg.

Tu usurpa. & vide ne te Principe, sit
benè factus tantum ex conscientia merces.

Bono Princi-
cipatus omni-
nino in usu.

al vi.
p. ix.
al. vi.
p. ix.
Sallust. ad
Cat.

FINIVI de Odio: hoc addo. adeò
altè insitam pestem hanc Regnis, ut
nesciam an illa ars aut astus penitus
eam euellat. Nam libertas iuxta bonis &
malis, strenuis & ignavis optabilis est:

Conclavis.
& monitio.
Odio emme
non uirari.

Cic. ad
rat. ep.
v. 1.
Sen. De Omnis Princeps. ergo quamuis id agas,
Proud. Minutus ali-
quod immo-
per adhaeret.
vt ne quis merito te oderit, erunt tamen
semper qui oderint.

Sed tu sperne.

lin. Pa-
g.
iu. i. v.
Sen. Oe-
dip.

-- odia qui nimium timet,
Regnare nescit.

Plutarc.
Polit.
Odia dico hæc plebeia & leuia. πάντη
δό δίκαιο τὸ ηγεόντες καὶ φιλάριτον ἔρεστ,
ωρὸς τὰς τωλυτόσορθύες: Omni enim po-
pulo inest malignum quiddam & queru-
lum, in imperantes.

E natura
unig.

Idem A-
popht.
Et verissimè à rege Magno dictum:
Regium esse audire male, cum facias bene.

Solaberis igitur te illo Augusteo:
Id in leui
habendum.

Satis est, si hoc habemus ne quis nobis male facere possit.

Dū probent te probi. Et melioribus item sanioribusque iudiciis. quoniam te aliquando seria carmina, honoris eternus Annalium, non hæc brevis & plebeia prædicatio colet.

Suum cuique decus posteritas rependet.

Sueton.
Aug. cap.
l. i.

Cic. P
Cluen

Plinius
Paneg.

Tac. i v.
Ann.

Sen. r
Clem

Ibide

CAPVT XII.

*Definitus t) vituperatus Contem-
ptus. Ostensa que illum gignunt,
à rege, si sapient, fugienda.*

CONTEMPTVS sequitur, quem Vitium alterum fecimus euerten-
do regno. Is est ad nostram rem, IMPRESSA SVBDITIS SIVE ET
EXTERIS, VILIS ABIECTA-
QUE OPINIO, DE REGE
EIVSQUE STATV. Pestifera om-
nino res Regnis: quorum anima & vita
ipsa est Auctoritas, & eximia quædam
opinio de imperante. Quæ enim vis
alia est, quæ efficit, ut tot mortalium
millibus una anima presideat, non nun-
quam senis & inualidi?

Definitio
Contemptus.

Litus perni-
ties.

Anima re-
gni, Au-
to-
ritas.

Sen. i. D:
Clement.

Sen. r
Clem

Lucr.

Aristi
Rhet.
cap. I

Sola

Sueton.
ig. cap.
Cic. pro
Cluent.

Sola illa. omniaque videmus, haç,
quasi mente quādam, regi atque admi-
nistrari.

Sen. t. De
Clement.

Vt animæ, pedes, manus, oculi, nego-
tium gerunt: & illius iussu iacemus, aut
inquieti discurrimus:

Ibidem.

Sic haec immensa multitudo Auctori-
tatis quasi spiritu regitur.

Liu. 111.

Quis verò aliter regat? Vires imperij
in consensu obedientium sunt:

*Sine ea
unus tam
multus non
imperet.*

Consensus ille ab Æstimatione: per
quam,

Lucan. v.

-- unum, tam magna inuentus,
Priuatum factura, timet.

Sen. t. De
Clement.

Hanc tolle, tollis Regnum. omnissq;
hic imperij contextus in multas partes
dissiliet.

*Et regnum
omne ruit.*

Lucr. v.

-- Subuersa iacebit
Pristina maiestas soliorum, & sce-
ptra superba.

Aristot.
Rhet. 11.
cap. II.

Quid autem clariùs eam tollit,
quam Contemptus, & hæc cœptiva
δόξης ωρὸς τὸ μινέρως ἔξιον φανόμενον:
opinio

*Auctorita-
ti autē Con-
sensus ad-
uersus.*

opinionis actio in id, quod nullius rei pretiique censas?

Ego Regni
pesiu.

Igitur ille, mors & interitus regnum: imò supra ipsum Odium, aliquo adspectu. Philosophus indicauit: Δύο ἔστον αἰτιῶν, οἱ ἀς μάλιστροπίθεντος ταῖς πυρενίσι, μίσος ἢ καταφεονίσεως, θάτερον μὲν δὲ τύπων ὑπάρχειν τοῖς πυρενίσι, τὸ μῖσος εἰ τὸ καταφεονάθη πολλαὶ γίνονται τὰ καταλύσεων: Cum duæ caussæ sint, ob quas insurgitur in Tyrannos, Odium & Contemptus: alteram eorum adesse Tyrannis oportet, Odium. ē Contemptu verò plurimæ fiunt euersiōnum.

Etiā in
parte, supra
Odium.

O vere Phœbum, longè semper aciem ingenij iaculantem! Ita res est. Caussa prima & motio euertendis regnis, plerumque ab Odio est: sed extrema & efficax maximè à Contemptu. Nam illud tardum, vel, ut cum Poëta dicam, inaudax est, nisi armatur ab isto. Metus enim sæpe retinet: quem Tyranni habent pro asylo. Ideoque cum caulsâ exsecrabilis ille
ver

Idem v.
Polit. cap.
x.

Pliniu
Paneg.

Idem
ep. vit.

Arist.
Topic.
cap. II.

Sen. i. D:
Clement.

*versus & qui multos dedit præcipites, iis
placuit:*

Oderint dum metuant.

Quamdiu enim hoc frænum; incur-
rere magis cupiunt, quàm audent. At
excudit Contemptus. & efficit ut non
velis solum, sed audeas & tentes. Itaque
certa ab eo pernicies. nunquid crebra?
haud censco. Neque enim ab ullo pericu-
lo fortuna Principis longius abest, quàm ab
Humilitate.

Hic enim
ad rem fra-
cum ducit.

Nec tamen
frequenter
mu in Re-
ges.

Plinius
Paneg.

Idem 11x.
ep. vii.

*An contemnatur, qui imperium, qui
fasces habet? nisi qui humili & sordidus,
& qui se prius ipse contempserit?*

Non inquam crebra ab eo solo: Legitimos
(nam Odio misceri iam dixi:) præser-
tim si quis verus legitimusque sit Prin-
ceps. Tamen quia euenit: quî vites, do-
cebo. sed breuiter. Cur diffundam?
nóonne in Auctoritate formandâ, satis
muniui hanc ipsam viam? Satis: si ve-
rum hoc scitum, Thù ἀντὶ τὸν ἐρανίων
θησημένων εἶναι: Eandem contrariorum
scientiam esse.

Fit

Arist. 1.
Topic.
cap. 11x.

en. 1. De
lement.

*Origo eius.**A leni imperio.*

Fit igitur Contemptus in Principem ab his tribus maximè: Formâ imperij, Fortunâ, Moribus. FORMA imperij: si iusto ea lenior & remissior. Quod peccatum peccant ij qui nimiâ lenitate dulces,

Effusè dant se populari auræ, & omnem infimæ plebis rumorem affectant.

Quand publice etiam maximum periclitant.

Bis noxij, in se & in tempublicam. Qui & plebi reuerentiam omnem excutiunt: & licentiam præbent peccandi. H. φέροια τὰ περίτελλον, η ἀνθελπίσις, εἰς διωράται φυλάττειν τὸ σὺν ἐκδιώγματον αὐθεόπων φαῦλον: Facultas faciendo quod cuilibet visum, non potest comprimere ingenitam singulis hominibus prauitatem.

Acutè olim Fronto, in Neriam senem & iam eneruem: κηρύξας ἦν αὐτοκράτορες ἔχειν, ὅφελον μηδενὶ μηδὲν ἔξεστι ποιεῖν, χείρον ἢ ὅφελον πάσι πάντα: Malum quidem esse, Principem habere sub quo nihil ulli liceat: peius vero eum, sub quo omnia omnibus.

Nec

Cic. ad Att. v. ep. XIV.

Tac. II. Hist.

Arist. VI. Politic. cap. IV.

Dio in Nerua.

Adag.

Tacit.

II. Hil.

Ibidem

Ibidem

IV. An-

III. Hil.

Nec lenis solum Forma ad Contemptum facit: sed & Leuis. quæ de-
cretis legibusque variat, & de quâ dici
possit, A'vēus mēdi⁹; Venti campus.

Maximè, si ipse Princeps insigni
mobilitate ingenij:

Quem subitis offensis, vel intempe-
stiuis blanditiis mutabilem, meritò con-
temnant metuantque.

Etiam, si Soluta Forma. nempe Item à So-
cùm rerum omnium incuriosus Prin- luto impe-
ceps, & leui auditu, quamvis magna,
transmittit.

Ibidem. Abundè ratus, si presentibus fruatur,
nec in longius consultans.

Siue cùm Honores effusè diuidit,
Magnos, Diuturnos. Quidni illum
spernant, aliis adhærent, qui munia
transmittit:

III. Hist. Et velut sponte videtur exire de
Imperio?

F I T secundò Contemptus à F O R-

*A Forti-
tate adutri-
perinaciter. TVNA. nempe si nouerca ea, non ma-
ter: & votis tuis malignum pedem opponit.*

Ex Ouidio de
Trist.

Tac. I.
Hist.

Scito certò. Prospexit tuis rebus certa-
turi ad obsequium, Fortunam aduersam
omnes ex aequo detracabunt.

xv. An-

Imò in te incident.

*Δευός περίσσονες μάς αἴνη ζε-
λούτας:* Schol.
Theocr.

Ruente quercu ligna quiuis col-
lit.

*Ab orbis-
base. Amplius, si eadem, munimenta tibi
non dat aut subtrahit, quibus insistat.*

Tac. I.
Annual.

Successores dico certos, aut libe-
ros. Valde ab eâ re spernunt, & ver-
tunt se ad speratum aliquem Solem.
Alexander Magnus scivit, & questus
est: *Orbitas mea, quod sine liberis sum,* Catt. vi.
spernitur.

Sen. I.
Breuit.
cap. v.

Ibiden

Tac. I.
Hist.

Ibiden

Ibiden

Reuera enim, vt Tragicus ait,

*Certus sum
que succes-
tor, te fir-
mat.*

*— tu error totidet, epuma dō magis. Eupid.
Munimen aulæ, regij sunt liberi.*

Et non legiones, non classes, aequè firma
impe

Tac. v.
Hist.

Atist.
Politici
cap. x.

imperij munimenta, quam numerus libe-
rorum.

TERTIO & postremo, fit à Mo-
RIBVS Contemptus: maxime istis.
xv. Ann. Siquis Libidini deditus, sequē per li-
cita & illicita fædat.

Dñique
A Libidi-
ne.

Nam muliebria hæc flagitia valde
opinionem non regis modo, sed viri
detrahunt. Alij virilius peccant, ait
quispiam:

Sen. De
Breuit.
cap. v. i.

Ibidem.

In Venerem ac libidinem projectorum
inhonesta labes est.

Tac. 11.
Hist.

In pari caussâ, qui Luxur & sagina
mancipati, emtique:

A Luxu
& temu-
lentia.

Ibidem.

Medio dici temulenti.

Ibidem.

Noui Vitellij sive vituli, qui tu
ignava animalia, si cibum suggestas, jacent
torpēntque: & preterita, instantia, futura,
pari oblinione dimittunt.

Arist. v.
Politici.
cap. x.

Dux noster ad Prudentiam, bene.
Απολαυσικῶς οὐτες οὐνα φρεβοντο γί-
νονται, καὶ τοιας καιρος τοιαδιδονται

*τοῖς δινιδεψόντοις: Solutè viuentes, despici-
cables sunt; & multas opportunitates
præbent insidiantibus.*

*Οὐτέ γὰρ δεμιάδετος, οὐτέ δικαιαφορέ-
ντος ὁ νηφῶν, αλλ' ὁ μετύων. οὐδὲ ὁ ἀγεν-
πτος, αλλ' ὁ καθόλουσον: Nec enim faci-
lis aggressus aut contemptu sobrius, sed
ebriosus: nec vigilans & excitatus, sed
sommolentus.*

Item, in quibus tarditas ingenij, stu-
por, debilitas linguae:

*A rebus
externis.* Aut alia magis leuicula, ut Facies
parùm decora, Ætas grauior, Valetudo
imbecillior. quæ sæpe irrigui & fastidio
sunt:

*Vt est mos vulgo, fortuita aut externa
ad culpam trahenti:*

Et Imperatores formâ ac decore corpo-
ris comparanti.

Plura talia, ipse manu faciliter educes
& hauries è riuulis, quos ad Auctori-
tatem reclusi.

Arist. v.
Politie.
cap. xi.

Cic. in
Pisonem.

Tac. t.
Hist.

1. Hist.

CAPUT XIV.

Quomodo, & quatenus, *Fraudes*
admittendæ. Triplex earum genus
factum, & distincte alia in Re-
gnum receptæ, alia exclusæ.

Nec tamen ita hæc differo, ut
 fræna omnia Fraudi malitiaeque
 permittam. absit. Distinctionum tibi
 lumen præferam, &, nequid libero
 nimis pede wageris, lineis suis limi-
 busque includam fallacem hunc cam-
 pum. *Fraudis vniuersè mihi hic est,*

A R G V T V M C O N S I L I V M A

*Fraudium
communis
definitio.*

V I R T U T E A V T E L E G I B V S D E -

V I V M , R E G I S R E G N I Q V E B O -

N O . Ea triplex: Leuis, Media, Magna.

*Barandæ
dissimilatio.*

I l l a m appello, q v æ H A V D L O N -

Leuis.

G E A V I R T U T E A B I T , M A L I -

T I T E R O R E L E V I T E A S P E -

S A , i n q u o g e n e r e m i h i e s t D i f f i d e n t i a ,

& D i s s i m u l a t i o . M e d i a m , q v æ A B

Media.

E A D E M V I R T U T E E L E C T I T

L O N G I V S , E T A D V I T I I C O N -

Magna.

FINIA VENIT. in quâ pono Conciliationem, & Deceptionem. Tertiam, QVÆ NON A VIRTUTE SOLVM SED LEGIBVS ETIAM RECE-DIT, MALITIAE IAM ROBUSTÆ ET PERFECTÆ. ut sunt Perfidia, & Injustitia. Illam suadeo, hanc tolero, istamne danno. Ordine omnes vide. In

Diffidentia
commendata
regnanti.

Leui, Diffidentiam primò posui. quam ego prorsus Principi insinuo: quia ut in actionibus omnibus tardum lentumque cum esse expedit, sic in fide & assensu. Ut intentus, inquam, suspensusque ambulet, & penè dixerim, ut nihil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit, credat.

Sen. 11.
De Iria.

Etsi enim Credulitas error est magis, quam culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit:

Cic. Ep.
lib. x.
ep. xxiii.Cui turpis
credulitas.

Tamen à Principe remouenda ea longissimè. apud quem plurimum mali credulitas facit.

Sen. 11.
De Iria.Et per eam
error.

Nōnne pro omnibus ille excubat? Turpe igitur, & omnibus noxiū, illum Labi, errare, decipi.

Cic. Phil.

Iam.

Sall. fr.

Tac. I.
Hist.

Sen. O.

Cic. O.
Postea
in Sen.Senec.
Hipp.Cic.
Qu.
ep. I.Arist.
pud.Plini.
Paneg.

Iam faciles isti & incauti, quām op-
portuni iniuriæ!

Vndique patent. & passim apud eos,
minore metu, & maiore p̄remio, peccatyr.

Tac. I.
Hist.

Imō & in eos peccatur.

Sen. Ord.

*Aditum nocendi perfido p̄fstat
fides.*

Reducat ergo se Princeps, & tutum
hoc scuto reddat; Nihil credendo, atque
omnia cauendo.

Senec.
Hipp.

Amici & fidi videntur? circumspice.
O vita fallax, abditos sensus geris!

Cic. ad
Qu. Frat.
ep. I.

Nimis multis simulationum inuolucris
tegitur, & quasi velis quibusdam obten-
ditur omnis cuiusque natura. Erons oculi,
vultus, perspexi mentiuntur, oratio vero
sepissime.

Et simula-
tia.

Arist. a-
pud Laert.

Quod ille clamabat olim: Ωφίοι,
εδεις φίλοι: O amici, nemo amicus:

Plinius
Paneg.

Tu iure potes. quia profecto in domo
Principum, nomen tantum Amicitie inane
irritumque remanet:

preferum
in Aula.

Res

Res ipsa exsulat. &

*Licet omne tuâ vulgus in aulâ,
Centum pariter limina pulset:
Cum tot populis stipatus eas,
In tot populis vix una fides.*

Sen. Herc.
Oct.

Cic.
Qu. F.
ep. t. li.

Ideò cau-
dum & df-
fidentum.

Itaque meritò Pragmatici homines,
omnibus historicis preceptis, versibus de-
nique, cauere iubent & vetant credere.

Cic. ad
Att. lib. n.
ep. x. x.

Ad L.
tul. ep.

Sen. E.
111.

Liu. x.

Ille Siculus insurrit:

*Nāpē, n̄ μέμυασο ἀπίστων ἀρθεού
ταῦτα τῶν φρεγῶν.
Vigila, & memor es nequid credas:
nerui hi sunt Prudentie.*

Epichar.

Clamat alter à Græciâ:

*στόφεγγος δὲ ἀπίστας
Οὐδὲ δέσιν ἀλλο ξενομάντεογν Βεροΐας:
— sapiente Diffidentia,
Non alia res utilior est mortalibus.*

Euripid.

Cic.
Cn. P.
tio.

Quibus dā
tamē fidien-
dam.

Quid ergo? inquies! nulli credam?
Non hoc suadeo: (Vtrumque enim in
vitio est, & omnibus credere, & nulli.)

Sen. ep.
111.

Frid
cus
Sigism
dus. N
varian

Sed perhau-
ci.

Sed ut paucis, nec nisi iis, quorum
longo usu cognita tibi fides. His talibus,
quid

Tac. 1.
Ann.

Cic. ad *Qu. Frat.* *ep.1.lib.1.* *quid est quod non & committi & credi
rectissime putem?*

Reipsâ, inquam, paucis : at in specie,
omnibus. id est, *Fronte & vultu*, quibus
Simulatio facilimè sustinetur.

Nam nihil magis hīc cauendum,
quām ne Diffidere videaris. *Multi fal-
lere docuerunt, dum timent falli.*

*Diffidentia
celanda.*

Liu. xxii. *Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obligat fidem.*

Itaque Dissimulatio adsumenda,
quam posui & suasi loco altero : quæ
verè Diffidentiæ huius proles. Quid
enim cā opus, si mutua inter nos fides?
Hæc est, quæ frontem aperit, mentem
tegit.

*Diffimula-
tio adiiben-
da.*

Necessaria sanè Principi. adeò, ut vteranus Imperator dixerit: *Nescit regnare, qui nescit dissimulare.*

*Cinus Late
viss.*

Fridericus, siue
Sigismundus. Nam
variant.

TAC. I V.
Ann.

Et Tiberius ab eâdem mente, Nullam, ut rebatur, ex virtutibus suis magis, quam Disimulationem diligebat.

Displice

Displacebit hoc ingenuæ alicui fronti, & clamabit: *Ex omni vitâ Simulatio, Dis simulatioque tollenda est.*

Cic. II. De offic.

*Et Principi
ea planè ne-
garia.*

De priuatâ, fateor: de publicâ, valdè nego. Nunquam regent, qui non tegent: nec aliter possunt īj, quibus commissa est tota res publica.

Pro Mi-
lone.

*Vt ad effectum consiliorum suorum ve-
niant, multa simulent oportet inuiti, &
dissimulent cum dolore.*

Lib. x. Ep.
I X.

*Apud ho-
res.*

Nec id solum aduersus Exteros aut Hostes. (nam ibi receptum dogma est,
*Vt malum sub lingua, non in lingua ha-
beas: quia*)

Greg. xv.
Moral.

*Professa perdunt odia vindictæ
locum:*

Senec.
Med.

Apud suos.

Sed etiam apud Tuos. Aperti isti & simplices, sine fuso, sine fallaciâ:

Cic. I. 12
Att. ep. I.

Et qui animum, quod dicitur, in fron-
te promptum gerunt:

Ennius.

Nunquam apti huic theatro, in quo,
me iudice primum locum Afranij Simu-
lans habet.

Cic. pro
Sextio.

Sic

Arist.
Ethic.
cap. vi

Plaut.

Sallust
Cæs.

Sic tamen ut aptè eam fabulam agas
sed cum modo ha-
benda.
 Aristot. & decorè. Oi γέ μετέως χρωμάτοι τῇ
Ethic. 111.
cap. vii. εἰσωγεία, καὶ τῷ τὰ μὴ λίαν ἐμπόδεσσιν οὐκ
 φανερά εἰσωγεῖσθαι, χρίεντες φαίνοντας:
 Nam qui modicè Disimulatione vtun-
 tur, & in iis quæ haud planè perspicua
 & ante pedes oculosque sunt, gratioſi ap-
 parent:

Contrà, qui immodicè & ineptè,
 reuerâ fatuelli. Cui enim bono tegmen,
 si transluces? Quin semel hoc in omni
 genere fraudium cape:

Plaut. -- *Doli non sunt Doli, nisi astu
 colas.*

HABES de Leuibus fraudibus. ad
 M E D I A S venio: in quibus Concilia-
 tio prima, siue ut liberius dicam, Cor-
 ruptio. Ea est, cùm callidè inclinas &
 allicis ad te eorum animos operásque,
 qui alieni iuris. O artem nimis hodie
 Principibus receptam! quæ vna ferè in
 Sallust. ad Aulis plerasque res (ut ille de Fortunâ
 Cet. Vſitata. ait) ex libidine suâ agitat.

Concilia-
 tio, mihi quid?

Quam valdè etiam attollit Tullius.
 & Pro

Sed & vii. hu. & Proprium hoc esse Prudentiae statuit Cic. De offic. Ann.
Conciliare sibi animos hominum, & ad
vſus ſuos adiungere.

Muneribus plerique fit. Quod dupli ci viā fit, Suasionis &
Doni. Rarenter illâ : hac alterâ cre-
berrimè, vt hodie corrupti depravatique Ibidem.
mores ſunt admiratione diuitiarum. v. De

Quibus fāciles vbi que corrupci. Quotusque eft, cui non illæ *bono* Sall. Iug.
atque *honesto* potiores ſunt?

Itaque ſcītē & rectē hac machinâ ſi
vtare ; vbi que reperies, quos pernicioſa Ibidem.
libido teneat alienæ potentie decus atque
libertatem ſuam gratificari.

Arcana reſerant. Qui & Principem ſuum, & omnia
eius, vñalia habeant. Ibidem.

In bello prodant. Atque adeò (hoc reconde) in ipsâ Tacit. Agtic.
hostium acie inuenies tuas manus.

Etiā ſame ſu- adhibuiſa. Quid? quòd in ſacrum & indiui-
duum thorū penetrauit iſta fraud?
Rem turpem! & foeminæ etiam indu-
cuntur ſiue emuntur, iv' Ἡεγελλωνι Ariſt. v. Politic. cap. xi.
καὶ τῶν ἀδρῶν : ut efferant & enuncient
que contra maritos. Val. cap.

In

TAC. IV.
Ann.

In Tacito lègi: *Secreta quoque eius,
corruptâ uxore, prodebantur.*

Iam Deceptio est, cùm inducis alium
in tua commoda, errore aut mendacio
obiecto. Quod licitum probumque in
Principe esse, volunt probi auctores.
v. De Rep. Magnus Plato censuit, συχθεταὶ τοῦ πόλεων
καὶ απάρτητοι δέσποιντες τὰς αρχαῖς,
ἐπ' ἀφελείᾳ τῶν δεχομένων: crebro men-
dacio & fraude uti imperantes debere, ad
commodum subditorum.

Lib. IIIX.
Epist.

Et noster Plinius: *Decipere, inquit,
pro moribus temporum Prudentia est.*

Diphil.

Quinetiam nescio quis poëta;
Τὸ πολαρμάνω τὸ φευδος οὐτὶ σω-
τηρία
Λεγομένον, εἰδὲν τελεποιεῖς δι-
χεῖτε:
Existimo mendacium, si gratiā
Salutis effers, nihil habere incom-
modi.

Val. V III.
cap. I II.

Et Principes sanè promptè audiunt.
qui nescio quomodo laudem occulto ma-

Crebra a-
pud Princi-
piū.

Q

gis tramite , quam apertâ viâ petunt.

Vim differunt , potiorem dolum arbitruntur:

Et s̄æpe quod rerum aut temporis angustiæ negant , sagacitate consilij affe-
quuntur.

Decipiunt verbis , literis , Legatis.
atque adeò ipsos Legatos:

Eosq; per quos fallere alium cogitant ,
Fallunt.

Qui Vſu
omnia me-
tuntur.

Et quid diducam ? uno verbo , cum Lysandro plerique sentiunt , τὸ ἀληθεῖς τὸ φαῦλον οὐκέπιστον εἴσι , ἐκπόρες ἢ τὴ γένεια τὸν ἀξίαν καὶ τὸ τιμων ὅριζεσθε : Verum falso esse melius , sed utriusque dignitatem & præstantiam Vſu discerni.

Tolerat
Humanam
vniuersitatem.

Atque hæc , humanam Prudentiam si consideras , proba . Quidni ? ad Bonum enim publicum referuntur : quod insitum in iis malitiæ virus facile exsugit & absorbet . Ut medicamentis venena laudabiliter miscemus , salutari illo fine : sic videntur σὺ φαρμάκος εἶδος τὰ τοιαῦ

Plato v.
De Rep.

Sallust
Iug.

Tac. xii.
Ann.

Val. vii.
cap. iii.

Senec.
Thyest.

Plutarch.
Apoph.

Proœ.

Eccl.

Proœ.
xvi.

xii.
viii.
III.

Sallust.
Iug.

enec.
yest.

utarch.
ooph.

Prou. iii.

Ecc. vii.

Prouerb.
xxvii.

Iato v.
de Rep.

τοιαῦτα χείσιμα εἴναι : *instar pharmaci,*
hæc talia utilia esse.

Adde receptissimos mores , & quòd
hæc consuetudine iam pro nihilo habetur.

Imò necessitatem etiam. quòd contra tot insidiantes , vix est ut se suosque aliter tueatur bonus Princeps. Quibus causis ego quoque prædixi tolerari Medias has fraudes à me, nō tolli. Quid tamen , rectam illam diuinamque legem si considero ? hæreco valdè & fudo. Abnuere illa nobis videtur : & à simplissimo ac purissimo deo hæc effata manarunt : *Abominatio Domini est omnis illusor.*

*At vix Di-
uisina san-
ctio.*

*Item : Ne velis uti mendacio ullo.
nunquam enim prodest frequentatio illius.*

Et ut claudam omne effugium , ecce palam de Principibus : *Non decent stultum verba composita , nec Principem labium mentiens.*

*Quid obtendis tu Politice? Publi-
cum bonum ? Sed enim vir sanctus*

occurrit: & Mentiri, inquit, non licet nec
pro Dei laude.

August.
ep. viii.

Tu pro humanâ aliquâ reculâ aut
gloriâ vis? Vide, vide, (vt inuertam tibi
dictum vetus) ne dum terram defendis, Demad.
cælum amittas.

*Nec effici-
nus aut ef-
figimus,
quoniam leuisia
saltem pecc-
ata sint.*

Sanè ægrè vos, aut me, hîc expedio.
nisi quod idem ille Antistes suggerit,
Esse genera quedam mendaciorum, in August.in
quibus non sit magna culpa, sed tamen Psal.v.
non sint sine culpa.

*Causio in
hac re.*

In eâ classe Corruptiunculas, De-
ceptiunculas censemus; idque tunc
saltem, cum à bono legitimoque rege
contra malos usurpantur, Boni com-
munis caussâ. Si aliter; peccatum &
grande peccatum sunt, quidquid me ri-
deant veteratores ab Aulâ. *Qui ambulat* Proou. x.
simpliciter, ambulat confidenter.

Fraus Ma-
gna.

Sequuntur MAGNÆ fraudes, quas
ad bina capita reduxi, Perfidiā & In-
iustitiā. Eas palam verbis amplecti
aut tueri paucos video, nimis multos
factis. Nam de Perfidiâ; quoties per
cauil

Plut.
Apo.

Cic.
offic.

Plau.
Ault.

Cic.
offic.

Liu.

lib.
sum.
no.

cauillos & argutiolas, foedera elusa vi-
dimus aut paecta? In animo enim ita
Plutarch.
Apophth. sentiunt: τας πειραιας ασεχηλοις δειν
Σαπαταν, τας ουδετερας δεκοις: Pheros
quidem talis circumueniri oportere, at vi-
ros iuramentis.

Itaque iis satis, si quamcunque ri-
Cic. III. De
offic. mam effugio reperiant. & statim libe-
ratos se esse iureiurando interpretantur.

Fœdera pio
calumnias
eludant.

Scimus omnes,

Plaut.
Aulul. -- quo pacto soleant perplexarier:
Pactum non pactum est, non pactum
pactum est, cum illis lubet.

Cic. III. De
offic. O vani! Certè enim *Fraus disstringit*,
non dissoluit perjurium.

Liu. IX. Et quid exspectent, nisi *iratos omnes* At Deum
deos, *quorum eluditur numen?* non ludunt

Isidor.
lib. 11. De
sum. Bo-
no. Nam ego illud scitum pro firme ha-
beo. *Quacumque arte verborum quis iu-*
ret, Deus tamen qui conscientia testis est,
sic illud accipit, sicut ille cui iuratur in-
tellegit.

Iam altera *Fraus, Iniustitia est: cum*

scilicet contra iura & leges, se & sua improbè potius quām callidē augent. Ab hoc fonte isti actionum riuuli.

*In iustitia
actiones.*

*Obligantes
tollit.*

Eminentis illustresque viros, *καὶ οἱ γε-*
φθειρεν λάθεα καὶ φανεροῖς, καὶ φυγα-
δόσιν, ὡς ἀντιέχεις καὶ τὸν τῶν δεκτῶν
ἐμποδίσεις: perdere clam vel palam, siue in
exsilium mittere, tanquam emulos & do-
minationi quosdam obijces.

Arist. v.
Polit. cap. x.

*Per causam
aliquam.*

Huic rei struere caussas, vel sponte *Tac. 11.
Ann.*
oblatis arripere.

Nam illud nimis mite & dilutum
putant, *specie legationis*, aut honoris, *1. Hist.*
seponere.

Tollunt potius. quoniam, ex scito
Aulæ veteris, *οἱ τεθνηκότες καὶ δάκνεσθαι:* *Plut. in
Pomp.*
Mortui non mordent.

*Aut etiam
nullam.*

Et laudatus ille Cæsar etiam, *ὅσας Dio XLIII.*
μηδὲν αἴξιο γένεται ἐγκλήματι μετελθεῖν
ἐδύνατο, τὸν τεσσάρων δῆτιν αὐτοῦ ὑπεξή-
ρεψε: quo scumque digno & probabili crimi-
ne deferre non poterat, occultâ quādam
via tollebat.

Imò

Ibidem

Tac. I
Hist.

Plut.
verfu
Equit
Anna

Tacit.
Anna

Plu
Pom

ide
Apop

ibidem.

Imò nonnullos, *di έαυτῶν τὸ σφέτερον* *egor, ὃς οὐπίστελνες, οὐ μάταις τῷ μάχαιρι*
Σπόλλουσθε ἐποίει : à suis & qui eiusdem
partis erant, per insidias, in ipsâ acie tolli
curauit.

*Iulij Casse
in fratre in
manu.*Tac. I.
Hist.

Ab eodem capite manat, aliena appetere, & insidiari temporibus. veluti
 in morte aliquâ Principis. *Opportuni*
 enim *magnis conatibus transitus rerum.*

*In iniustitiis
item inua
du.*plusculi
versus in
Equit.

Situe in dissidiis finitimorum & turbis. *Iuxta enim Aristophanem, anguili-*
lis tunc captura.

*Aut in do
meſſiciuſ diſ
ſidii.*Tacit. vi.
Annal.

Et isti magni in partem acciti, aduersus omnes valeſcunt.

Plut.
Pomp.

Leges aliquis inclamet? audiet illud:
Oὐ ταύτης ἡμῖν ὑπερωσφρόνοις ξίφον, νόμος ἀναγνώσοντες: Non cessabitis nobis
gladio accinctis, leges prædicare?

*Iur in ar
mis habet.*Idem
Apoph.

Et hoc alterum: *Ο ταύτης (μάχαιρας) περιτῶν, βέλτιστα τοι γῆς ὁρῶν διαγένεται: Qui isto (gladio) præualeat, is*
optimè de finibus disputat.

Hæ voces, & in animo illa decreta: *Omnia vi
metitur.*

Quidquid valde utile sit, id fieri honestum, etiam si anteā non videretur.

Cic. iii. De offic.

Item : *Sua retinere, priuatae domus; de alienis certare, regiam laudem esse.*

Tac. x. v.
Ann.

Si Principes iustitiam sequi velint, ac suum cuique restituere quod vi & armis occupauerint, ad casas & egestatem reversuros.

Cic. iii. De Rep.

Habes in parte istorum Scholam. nam yniuersam vt excutiam, nulla res me inducet. Quid autem opus? Ex oraculo scriptum,

Vt nemo doceat fraudis & scele- Regnum scho- rum vias,

Senec. Thyest.

Regnum decebit.

Ego illud potius videro, Tolerandāne hæc talia, an damnanda.

Aliquam iniustitiam multis ap- probant.

Et magnam quidem aliquam aper tamque Injustitiam, nec ij palam probant, qui probant. In exigua & palliatâ modò connivent. & asserunt, ὡς ἀναγκῶν αἰδίνειν τὰ μητέρα, τὰς βρεφούσες τὰ μεγάλα σικησομεγέν : necessarium esse

Iasoni Thessalo ttibuit Plut. in Polit.

Tac. x.

Plu Flam

Sen.

esse in paruis à iustitiâ abire , qui saluam
eam velint in magnis.

Quid enim, inquiunt, si vñus alterve
regnum meum turbant , nec legibus in
eos facilè vindicem sine maiore turbâ;
nōnne fas clām tollere ? Videtur. & hoc
referendum inter magna illa exempla,
quæ habent aliquid ex iniquo , quod ad-
uersus singulos vtilitate publicâ repeditur.

Tac. An-
nal. XIV.

Quid etiam , si leges aliquæ aut pri-
uilegia Subditis , non pro meo bono ,
violare non possim : καὶ εἰ τὴς νόμους μόνον , ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἀρ-
χειν , ὡρὸς τὸ συμφέρεν : nec iuxta leges
solum , sed legibus ipsis imperare , usu sic
suadente.

Plut. in
Flamin.

Denique tertio , si vrbs aut prouin-
cia Statui meo peropportuna , quam
nisi occupo , aliis faciet cum æterno
meo metu aut damno:non præueniam?
Illi volunt. quibus hæc talia semper li-
cita & proba, si cum successu.

Sen. Hip.

Honestā quædam scelera successus
facit.

Vt, præte-
leges occi-
dere.

Privilégia
flectere, au-
frangere.

Aliena oc-
cupare.

Iasoni
heffalo
ribuit
lut. in
olit.

Ἐν γὰρ δὲ τοῖς τοιέτοις τότε δυσλαλὸς
πάντες ἀεὶ πατερέχουσι, καὶ τὸ περιπονν
πυωσί: In his enim talibus, semper &
victum premunt ac dedecorant, & victo-
rem honore omni afficiunt.

Dic.
XLIX.

-- prosperum ac felix scelus,
Virtus vocatur.

Senec.
Herc.Fur.

*Idq. com-
modi tan-
tum aste-
du.* Hæc, taliaque sunt, quæ rectissimas
etiam mentes à recto abstrahunt: ut
quò Utilitas vexillum suum prætulit &
explicuit, illuc eant.

*Princeps
Aristotelis
haud puri
bonus.* Ita Aristoteles paullum se inclinat,
& censet Principem σύγκειδης πατερά τῷ Arist. v.
ἥδος, οὐτοι καλῶς ἀρὸς δέστιώ, οὐτοι ποίησον Politic. cap. xi.
δύται, οὐτοι μὴ πονεογν, αλλ' οὐτοι πονεογν: mo-
ribus talem esse, ut aut planè bonus sit,
aut semi-bonus; nec malus omnino, sed
semi-malus.

*Democrito
etiam ini-
nus.* Et magnus vetusque item Philoso-
phus dixit: Οὐδεμία μηχανή, τῷ νῦν
καθεσθὲν ἀνθρώπῳ, μὴ τὸν αἰδινέον τὸς ἀρ-
χοντας, λεκτοὺς πάντας ἀγαθοὶ ἔσονται: Fieri non
potest, quin etiā optimi Principes, ut nunc
rerum status est, iniquè aliquid agant.

Nos

Cur.

Sen.
clam.
ix.Sen.
Herc.Pla.
Mil.De
cap.Ecc.
cap.

Nos an mouemur? haud multū.
 Illud saltem dederim, Principem in re-
 bus valdē afflictis & aduersis, non specio-
 sa dictu, sed usu necessaria sequi.

Tunc, inquam, abire leuiter à legi-
 bus; sed non nisi sui seruandi causa, au-
 gendi nunquam. Neces̄itas enim ma-
 gnum imbecillitatis humanæ patrocinium,
 omnem legem frangit.

Et, ut poëta ait,

Haud est nocens, quicumque non
 sponte est nocens.

Hoc ipsum timidè. Deus, Deus, nón-
 ne palam̄ reclamat? qui igneo illo spi-
 ritu omnes istas humanas argutiolas
 difflat

Plaut. Mil.
*Quasi ventus folia, aut peniculum
 tectorium.*

Deuter. cap. xxv.
 Ille edicit: Dominus auersatur omnem
 iniustitiam.

Eccles. cap. x.
 Ille minatur: Regnum à gente in gen-
 tem transfertur, propter iniustitiam, & in-
 iuriias, & contumelias, & diuersos dolos.

Et

Nobis nun-
 quam, nisi
 leuiter in
 ultima Ne-
 cessitate.

Sen. De-
 clam. lib.
 ix.

Ille excusis
 quadam.

Senec.
 Herc. Oer.

rist. v.
 politie.
 p. xi.

Apud ho-
 mines tamē
 potius, quā
 Deum.

Qui parus,
 omnia para
 vult.

Demo-
 titus.

Causâ (si
dicendū ho-
mini) tur-
bān̄ hodie,
à Guberna-
tione obli-
qua.

Et profectò libero ore effabor, Quòd
Europa tot motibus agitatur, quòd re-
ges & regna ardent seditionum flam-
mâ & bellorum; veram fortasse iustum-
que caussam esse, Administrationem
apud plerosque parum veram aut iu-
stam.

-- σονοιάς κρίνωσι θέμισας,
Ἐκ τούτων δίκαιωσι, θεῶν ὅπνον
ἀλεγοντες.

Homer.
Iliad. II.

-- depravant publica iura,
Institiamque fugant, diuū nil
verba verentes.

Ideoque meritò quem deserunt, de-
serit: &

Τένει τὸν αἴρειν εἰδώντες εἰκνέοντος, Iliad. a.
ηδονή επι δώσῃ.

Causâ horum pœnas misit Deus,
& quoque mittet.

Plau.
Trin.



I. L I P S I
 P O L I T I C O R V M
 S I V E
 C I V I L I S D O C T R I N A E
 L I B R I Q V I N T I

C A P V T I.

*Transitio ad Militarem Prudētiam,
 cum excusatiunculā aliquā mei,
 quōd de eā differam non miles.*

SEDE iam tibi; ô æterna Sa-
 pientia,

*Lætus, lubens, laudes ago,
 grates gratiasq; habeo:
 quōd te duce euasi ex illis salebris, & in
 loca deueni per quæ facilior mihi cur-
 fuis. Diu me tenuit Pacata illa & togā
 suā verè inuoluta Prudentia: tamen me
 explicui, & ad Militarē istam veni, quæ
 horri*

Plaut.
Trin.

Pars altera
Prudentia,
Militaria.

horrida, sed mininè ardua, sagum suum
promptè offert. Ego accipio; & ser-
monem vñà vestemque mutans, præ-
cepta iam molior rei bellicæ vniuersæ.

Arma viri, ferte arma.

Virgil.

*Nō sine tra-
denda illi
apti?*

Tūne hæc audebis homo vmbra-
ticus? inquiunt. qui seriò nunquam ho-
stem, nunquam castra videris, nunquam
denique partem vlliis bellici muneris at-
tigeris?

Cic. De
Orat.

*Ita, sed non
à nobis.*

*Veteres du-
cunt.*

*Quid usu
docti.*

Ego verò audebo. nec mei tamen
ingenij aut virium fiduciâ, sed eorum
à quibus iamdiu mutuor & sumo.
Quid enim hîc meum? ordo aliquis &
contextus fortasse: at verba sensusque
mihi præcunt illi, quos in hac ipsâ re
(fidenter dicam) Annibal aliquis audire
nihil abnuat, aut ipse Cæsar. Nam quid
sapientes inclitosque illos viros fugit?
cur non hîc quoque rectum eorum &
purum iudicium? qui partim interfue-
runt, imò & præfuerunt, bellis: partim
in Senatu & populo illo versati sunt,
vbi assidua materies & agitatio harum

Cic. De
Orat.

re

terum. Viderunt igitur, audierunt: & quod caput est, cum iudicio obserua-
 runt caussas ipsas originesque rerum,
 nec ~~αροφάσεις~~ solū euentuum, sed
~~αίναι~~ ipsa. Alexander ille, in re quidem
 bellicā verè Magnus, Homerum sibi
 militiae magistrum assumere & afferere
 nihil verebatur: non meliori iure ego
 mihi istos: Nam vates ille (eximius
 sanè & supra hominem vates, sed tamen
 vates:) quid nisi vnum bellum, & id-
 ipsum fabellis aspersum decantauit?
 Nostrī isti (Historicos me intellegere
 palam est) ab omni penē æuo bella,
 continuatā serie, & intemeratā fide scri-
 pserunt. Nec id tantum, sed saepe in
 ipsā narratione, aut extra eam in con-
 cionibus, velut datā operā saluberrima
 monita & consilia miscuerunt ad om-
 nem rem Militarem. Quæ eius pars
 siue ars est, quam non ij cum exemplis
 subiiciant, tum verbis etiam delibent?

Cic. II. De Ut de Exercitu, de Castris, de Agmīni-
 bus, de *Signorum collationibus, de Oppi-
 dorum oppugnationibus, de Commeatu,

*Iudicio ma-
 gni.*

*Historici,
 magistri ad
 militiam.*

*Præcepta
 clām & pa-
 lam dant.*

* Id est,
 pugnis.

de

de Insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus quæ sunt propriae belli administrandi.

*Nos in iis
enulti.*

*Sapere ali-
quid debet-
muis ex in.*

*Vel vulgus
iudicat in
bellis.*

In quibus cùm tot iam annos verter,
& curioso isto mentis oculo cottidie va-
ger per latos & látos illos Historiarum
campos : cur non mihi etiam fas intel-
legere & iudicare aliquid in istis ? Non
enim vidisti, inquiunt. Certè. ideoque
nec usum aut tractationem armorum
mihi vindico ; sententiam & iudicium
tantum , eaque ipsa astricta sententiæ
alienæ. Ecce in circulis omnibus , atque
etiam , si diis placet , in conuiuiis , sunt qui
exercitum ducunt ; ubi castra locanda sînt ,
sciunt ; quæ loca præsidiis occupanda ; quan-
do cum hōste manus conserendæ , quando
quiescendum sit :

Cur nō nos? Et hos nemo carpit. ego canicula
& impudens , si verbum his de rebus
faciam ex veterum mente ? Iphicrates
olim interrogatus , τις ὦν μέγα φρονεῖς ,
πότερον ιππάλις , ή τοξότης , ή πελεσίς , ή
πεζός ; Οὐδαίς , εφη , τέτων , αλλ' ο πᾶσι
τέτοις

Liuuii
XLIV.

Cecili

Plut. in
Apoph.

Ex A
stroph.
bul.

rétois θησαύρῳ θητάτειν : Qui tu es
qui tantos spiritus tibi sumis? utrum eques,
an sagittarius, an veles, an legionarius?
Nihil horum, inquit : sed qui his omnibus
noui imperare.

Æmulabor in parte, & dicam ; Non
ego dux aut miles, sed qui his in tem-
pore consulere aliquid possim & suade-
re. Itaque pergam audacter nec vacil-
lanti pede ; in incepto : & ex veterum
scriptorum velut hortis Sententiarum
flores legam, & intexam in has Capi-
tum corollas. Quod si probè & iudicio
à me fiet, nemo damnet : sin aliter, tum
ego quoque nihil negem. *Quisquiliae
volantes, & venti spolia, hæc esse.*

*Qui si non
manu, mē-
te sumus
bellatores.*

Cecil.

Sed utrum horum sit, iam res doce-
bit : quam ordior, & compono me in
præliarem statum, strenue tibi, cum
Aristophane,

Ex Ari-
stoph. Ne-
bul.

*Τερψίχορος, βελόστονος, καὶ τῆς γλώσσης
πολεμίσοντος:*
*Consilio, calamis, & lingua pugna-
turus.*

R

CAPUT II.

Prudentia hæc pars commendata
Principi: quæ necessaria ad tu-
telam salutemque regni.

MILITAREM autem Pruden-
tiam, ante omnia necessariam ego
Principi assero, adeò ut sine eâ vix
Princeps. Quomodo enim aliter se tuea-
tur, sua, ac suos? Vis nuda ac mera huic
rei parum est, nisi arte quâdam & consi-
lio temperetur: id est, Prudentiâ mili-
tandi. Δυοῖν δὲ ὄντων, διὰ τὸ στρατευτὴς πο-
λιτουμα πᾶν, τὸ τὸπος τὰς τολεμίας ἀν-
δρεῖας, καὶ τὸ τὸπος σφάσις ἀντὶς ὁμονοίας:
Cum enim duo sint, quibus omnis respubli-
ca seruatur, in hostes Fortitudo & domi
Concordia:

Nec Ferri-
tudo effi-
cax, sine
Prudentia
Militari.

Hanc quidem abundè Togata Pru-
dentia præstiterit: illam, non est ut
aliunde petas aut impetres, quâm ab
istâ, non certè felicem, & cum successu.
Benè ergo scriptum: Cetera utcumque
dissimulari, sed boni Ducis Imperatoriam
esse virtutem.

Tacit.
Agit.

Et

Hom.
II. 2.Cic.
Mur.

Ibidem

Et Homerus perfectum suum legi-
timumque regem ornauit hoc elogio:

Homer.
Il. 7.

Αμφότερον, βασιλεὺς τὸν ἀγαθὸν,
καὶ περέρος τὸν αἰχμητὴν:
Vtrumque, & rector bonus, & bo-
nus Induperator.

Cic. pro
Mur.

Ac nimirum dicendum est quod sentio.
Virtus militaris, præstat ceteris omnibus.

Ibidem.

Quæ enim res vitam aut tranquil-
lum usum habeat sine istâ? Patria, liber-
tas, ciues, atque adeò ipsi reges latent
in tutelâ ac præsidio bellicæ virtutis.

Rerū quieti
& firmatae
à Militia.

Itaque vides quam serio hæc ample-
tenda sit: & meritò animum atque au-
res dare te debere ad hanc disciplinam,
quæ talis.

Polyb. v.

Tacit.
Agtic.

CAPUT III.

Materies, et ordo dicendorum. Bellum Externum definitum, et remota ab eo suscipiendo Iniustitia.

MILITARIS omnis Prudentia circa Bellum est: Bellum autem duplex, Externum & Internum. Illud definio, VIM ET ARMA IN PRINCIPEM AVT POPV LVM ALIENVM. De quo primò dicam, & vniuersa quæ eò faciunt præcepta ad tria hæc capita redigam: Suscipiendi, Gerendi, Finiendi. Horum aliquid si neglegis, aut perperam administras, vix est ut Bono Euentui vñquam lites. In Suscipiendo bello duo hæc serio moneo, ut Iniustitia omnis & Temeritas ab eo absint. Illa prior maximè: nec vñquam arma vlla mœcas, nisi quæ mos & ratio admittunt.

*Iura belli
fernanda.* Sunt enim & belli, sicut pacis, iura: iu- stéque ea non minus, quam fortiter debes gerere.

Atque

Cic. i. De off. Atque adeò in omni republicâ maxime conseruanda iura sunt belli.

Ibidem. Nam temere in acie versari, & manu cum hoste configere, immane quiddam & belluarum simile est.

Tacit. iv. Hist. Quod si admittimus, quid aliud Alias, pro misera & perpetua c. des erat. quam omnium inter se gentium bella existent?

Sallust. ad Cat. Et barbaro ritu, cædem cæde, & sanguinem sanguine expiabimus?

Liu. v. Absit. nec unquam animum tuum Improbabiliter. penetrant illæ voces: In armis ius ferre. & omnia fortium virorum esse.

Item: -- Quæritur belli exitus
Senec. Herc. Fur. Non caussa.

Lucan. viii. Et illud subtilissimæ malitiæ:

-- hæc acies victum factura nocenter est.

Non, non, mi homo: erras, nec Acies est quæ innocentiam approbat, sed caussa. etsi plerumque, fateor,

*Euentus belli, velut æquus index, unde ius
stabant ei victoriam dedit.*

*Eis ab hac
bona ille ple-
rumque bo-
nitas.*

Nam Caussa, velut Caput Bonæ spei
est (liceat huc alludere) quod te ducat
ad Triumphales illas terras.

*Caussa iubet superos melior sperare
secundos.*

Et occultâ quadam internâque vi,

*Frangit, & attollit, vires in milite
caussa:*

*Quæ nisi iusta subest, excutit arma
pudor.*

Imo ausus est Græcus poëta scri-
bere:

*Oὐδεὶς σεαρδοντες ἀδικοῶντες οὐλ-
τερον πάλιν:*

*Iniqua bellans bella, saluus haud
redit.*

*Iniqua bel-
la à dupli-
cè caussa.* Nimis rigidè scimusque interdum
aliter esse, arcano & nobis ignoto fine.

Sunt autem iniqua illa omnia bella,
quibus Ambitio aut Avaritia caußæ.

*Quàm multa ea sunt! Nam, si verum
fateri audemus, plerisque regibus una
& ea*

Sallu-
Fragm-

Idem
til.

Cic. 1
offic.

Plin.
neg.

Iude.
Sat.

Sallu-
Fragm-

Tacit.
Hist.

Sene.
Hipp.

Sallust. in
Fragm. & ea vetus caussa bellandi est, profunda
cupido Imperij & Diuitiarum.

Idem Ca-
til. Libidinem dominandi, caussam belli Ambiti-
ne.
habent, & maximam gloriam in maximo
imperio putant.

Cic. I. De
offic. Atque id in magnis animis ingenissi-
que plerumque contingit.

Plin. Pa-
neg. Quibus pulchrum videtur ex omni
occasione querere triumphum.

Iuuen.
Sat. x. Bellorum exuniae, truncis affixa
tropaeis
Lorica, & fractâ de casside buccula
pendens,
Humanis maiora bonis creduntur.

Sallust. in
Fragm. Itaque hi tales arma in omnes habent, Et Avari-
acerrima tamen in eos, quibus victis spo-
lia maxima sunt.

Tacit. IV.
Hist. Nec vsquam, aut vnquam, hoc fal-
sum: Illis maximū discriminē, penes quos
aurum & opes, præcipuae bellorum caußæ.

Senec.
Hipp. Bene igitur poëta:
Rupere fædus impius lucifuror,
Et ira precepis.

Addi po-
test & Ira.

Aptumque, quod de Irâ subiungit;
quæ ipsa inter iniustas belli causas.
Nam illâ, aut odio impulsi, arma saepe
mouent non mouenda. Damnat hanc
aliasque illas pius Antistes: *Nocendi cu-*
pidas, vlciscendi crudelitas, implacatus
& implacabilis animus, feritas rebellandi,
libido dominandi, & si qua sunt similia,
hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.

August.
contra
Faustum
lib. xxi.
ca. LXXIV.

CAPUT IV.

Ordine & partite posita, quæ ad Iu-
stum bellum requiruntur: & ma-
xime, quibus id causis capiendum.

F'V GIES igitur ista Princeps, nec
vnquam Bello te implicabis nisi
Iusto. Quod, inquires, illud est? di-
stincte accipe. quod tria hæc habet
iusta: Auctorem, Caussam, Finem.
Auctor iustus est, ipse Princeps. Nec
enim cuilibet sane fas apetere Belli
istas portas: sed ordo naturalis morta-
lium paci accommodatus, hoc poscit, ut
fusci

Principi soli
ius armorum

Aug.
con-
Fau-

Lib.
De
bus.

Cic.
Mil.

Ibid.

Sall.
Catil.

August.
contra
Faust.

suscipiendi belli Auctoritas atque consilium penes Principes sit.

*Aut certè eos, qui in quaue rep.
loco Principum. Ideò Plato lege sanxit:*

Ante supremo magistratus.

Lib. xii. De Legi-
bus. *Eάν της ιδία ποιηται ωρός πνευματικής πόλεμον, ἀνδρὸς κοινωνίας θάνατος, ἐστι ζημία:
Siquis priuatim, sine publico scito, pacem bellumve fecerit, capital esto.*

*At Caussa iusta duplex, Defensio
& inuasio. In Defensione quis am-
biget? Illud est non modo iustum, sed
etiam necessarium, cum vi vis illata de-
fenditur.*

*Defendere,
semper lici-
tum.*

Cic. pro
Mil.

Ibidem.

*Hoc & ratio doctis, & necessitas bar-
baris, & mos gentibus, & feris natura
ipsa præscripsit, ut omnem semper vim,
quacunque ope possent, à corpore, à capite,
à vitâ suâ propulsarent.*

Sallust.
Catil.

*Defensionem autem dico duplicem,
Tuam & Alienam. Tuam, cum vim à
te tuisq; arces, & libertatem, & patriam,
parentesque armis tegis.*

*Non sē so-
liam.*

Alienam, iterum duplicem: cum à

Sed & Sociis, aut Oppressis. De Sociis intel-
alios, ut se-
cios.

lexit Tullius: Nullum bellum, inquit, à
ciuitate optimâ suscipitur, nisi aut pro Fi-
de, aut pro Salute.

11. t. De
Rep.

Fides sanè agitur, & ea te impellit,
ut opitulere iis quibuscum societas tibi
& auxiliij pacta. Itaque & Princeps
Philosophus decreuit. Δεῖ τὸς ἀδικη-
μάτους, ὅπερ ἔαυτον πολεμεῖν, η ὅπερ
οὐκέτων, η ὅπερ διεγένετον, η συμμα-
χοῖς ἀδικημάτοις βοηθεῖν: Oportet iniuri-
am passos pro seipsis arma capere, siue
pro cognatis & beneficiis, itemque sociis
iniuria affectis auxiliari.

Aristot.
Rhet. ad
Alexand.

Cic.
De R.

*Aut inique
oppressos.*

Nec dissimilis ratio in Oppressis.
quos si grauior aliqua vis aut extrema
Tyrannis virget, videtur cogere te
commune Societatis yinclum ut ad-
iutes. Qui enim non defendit nec ob-
sistit, si potest, iniuriae, tam est in vito,
quam si parentes, aut patriam, aut so-
cios deserat.

Cic. 1. Di-
ffic.

Imò & Christianus doctor in eā
parte: Fortitudo que per bella tuerur
à Bar

Ambtol.
De offic.

Plin. x
Nat. H
cap. 11

à Barbaris patriam, vel defendit Infirmos, vel à latronibus socios, plena Iustitia est.

Atque hæc licita & legitima Defensio est. maneas in cā tantum, nec hoc prætextu pedem manūmque promoueas, & aliena apprehendas. Quod Romanos fecisse, ingenuè fatetur Romani eloquij flos: *Nōster, inquit, populus, sociis defendendis, terrarum iam omnium potitus est.*

*Defensionis
specie, non
longius cū-
dum.*

Cic. i. 11.
De Rep.

Idem 1.
De offic.

Malè: nec tu imitare. Iam Inuasio quoque licita & iusta est, sed non omnis. Illa palam, cùm iniuriam vindicas, & iure gentium res tuas repetis.

*Inuadere
fīs ob Iniu-
riā.*

Nam iustitiæ primum hoc munus est, ut ne cui quis noceat. *Nisi lacerbitus in-
iuriā.*

Exceptionem vides. Itaque si quis res tuas aut ius rapuit. cape arma. cum cā conditione tamen, vt ex formulâ veteri,

Plin. xxii. prius mittas clarigatum, id est, res raptas Nat. Hist. cap. ii. clare repetitum.

*Sed prius
tentata. 34.
T. 14. VIII.*

Nec enim, etiam læsus, iuste statim bellum

Quia potior illa armorum. bellum inferes : sed cum duo sint genera decertandi , unum per Disceptationem , alterum per vim : cumque illud proprium sit hominis , alterum belluarum : confundiendum est ad posterius , si uti non licet superiore .

Cic. i. De
off.

Epist.

Obserua . quoties enim iudicio quispiam se sistit , arma sistenda sunt : *νεγκετον διηγεσθαι, & νόμους οὓς ἐπ' αὐτοῦ τελευταίον* : ut grauissimæ gentis rex censuit : *In eum qui iure agere & satisfacere paratus est, nefas bellum sumere, tanquam in iniurium.*

Archidi-
mus apud
Thuc. lib.

At si abnuit & res retinet : quid est quod contravim sine vi fieri possit ?

Cic. lib.
xii. Ep. i.Cic. i.
off.

Hic illud valeat : *Iustum bellum, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.*

Liu. xx.

Inuadere etiam fas Barbaros & impios. Iam & Inuasio quædam legitima vindetur , etiam sine iniuriâ . vt in Barbaros , & moribus aut religione prorsum à nobis abhorrentes : maximè si potentes ij , & aliena ipsi inuaserunt aut inuadunt . Caussa enim hic est , Coercitio , &

Sallust.
Cic.

ic. i. De
ff.

Epist. v.

& in malo repressio. Augustinus ele-
ganter: *Cui licentia iniquitatis eripitur,
utiliter vincitur.*

Lib. De
Verb.
Dom.

Idemque iterum: *Apud veros dei cul-
tores, etiam illa bella peccata non sunt, quæ
non cupiditate aut crudelitate, sed pacis
studio geruntur, ut mali coërcantur, &
boni subleuentur.*

Archidi-
nus apul
Thuc. iii.Cic. lib
xii. Ep. 1Cic. i. De
off.Sallust, ad
Caet.

Sperno Caussas alias, & de Fine ad-
iungo: qui etiam in bonâ caussâ potest
esse malus. Quid si enim Ultio tibi
proposita? quid si Gloria, aut Imper-
rium? peccas. nec dirigenda aliò arma
sunt (si pura ea esse vis) quam ad Tran-
quillitatem & Tutelam. Ita bellum susci-
piatur, ut nihil aliud quam Pax quæsita
videatur. Qui. q. Pax
et quiet.

Sapientes Pacis caussâ bellum gerunt,
& laborem spe otij sustentant.

CAP.

CAPUT V.

*Temeritas remota à bellorum initio:
et summatis, quæ insusceptione
omni cogitanda sint.*

SATIS (quod in me quidem est) ab iniustitiâ te arcui, nunc etiam à Temeritate. Nec enim statim, vel cum iusta Caussa oblata est, descendere te velim in Martium hunc campum. *Bellus facile te induat.* gna res est: deliberationem postulat, eamque lentam. Nam scito omne bellum sumi facile, ceterum agerrimè desinere, nec in eiusdem potestate initium & finem esse.

*Ex grè ex-
plices.* Vti in puteum facile te demiseris, haud facile eduxeris: ita in bellum. quod incipere cuius etiam ignauo licet,

Sall. Iug.

Sene
Theb.

Liuui

Sall.
Iug.Sene
Oedip.Suet.A.
cap.xx

Liu.xx

*Præcogitan-
da omnia
euenta.*

Itaque si sapis, τὸν πολέμον τὸν πόλεμον, δύον τοῖς, τῷ πρὸς τὸν αὐτῷ γένεσις προ-
άγειν: quicquid præter opinionem euenire in bello potest, priusquam ingrediare, considera.

Cum

Liu. xxx.

Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemq; belli communem propone animo.

Ibidem.

Vtrimeque ferrum, & corpora humana Nam Mars ambiguius.
erunt. Nusquam minus, quam in bello euentus respondent.

Senec.
Theb.

Licet omne tecum Greciae robur Et fortuna in bello dominatur.
trahas,

Licet arma longè miles ac latè ex-
plicet,

Fortuna belli semper anticipi in
loco est.

all. lug.

Liu. ix.

Quæ per omnia humana, maximè in
res bellicas potens.

Sallust.
Iug.

Itaque quantumuis opibus tuis confi-
das, non debes certa pro incertis mutare.

Senec.
Oedip.

Non expedit concutere felicem sta- De summa
tum. rerum alea
iacuit.

bidem.

Suet. Aug.
cap. xxv.

Quid iuuat te aureo hamo pescari?

Liu. xxx.

Simul parta, ac sperata decora, unius
horæ fortuna euertere potest.

Thuc. i.

Adde huc mala, quæ necessariò in
omni

*Clades publica prae-
gitanda.* omni bello. cuius non aduentus solum, Cic. pro
Lege Man.

Vastitas.

-- non ullus aratro

Virgil. I.
Geor.

Dignus honos, squalent abductis
arua colonis.

Supra.

Tum scelera, dempto fine, per cun-
etas domos

Senec.
Hipp.

Iere. nullum caruit exemplo nefas.

Cædes. Et quod caput est, quæ sanguinis
effusio & quæ cædes?

Stat crux in templis, multaque ru- Lucan.
bentia cede

Lubrica saxa madent. nulli sua
profuit etas.

- notum quid cede calentibus armis Sil. I.

Quantum iræ liceat, motusque quid
audeat ensis.

*Mala pri-
uata pre-
cogitanda.* Hæc publica sunt. quid si accedunt
priuata etiam tua mala? Nam ærarium
exhauritur, conuersum in usum militum Tac. I.
omni pecuniâ. Hist.

*Principes tunc
edia exci-
pit.*

Te obiicis periculis, imo & calum-
niis. Nihil enim tam capax malignitatis Quint. Declam.
sermonumque, quam bellum.

Imo

Miu

Tacit.
Agric

Aug.
De C

Sen. I.
xxx

Lia. xx

Tac. x
Ann.

Thuc.

Thuc. v.

Imò scripsit quispiam: *τολέμας κα-
δεστός αἱ ἀνάγνως εἴ τε πιπύχοντες
χρόνον τὸ ξυμφορεῖν δεκάλεσθαι: Bello insti-
tuto, necessum esse Principes male audire
& culpari ob damna.*

*Causas omnes
dicunt.*Tacit. in
Agric.

Et sanè iniquissima bellorum conditio
hoc est. prospera omnes sibi vindicant;
aduersa vni imputantur.

*Quæ talia penitus si consideras, an
non fatigare Bellum etiam iustum dete-
standum?*

*Horum, re-
spectu omne
bellum fu-
giendum.*Sen. Ep.
LXXXIX.

Præsertim pio & Christiano Prin-
cipi. qui, ex diuinâ lege, alieno sanguini
tanquam suo parcit, & scit homini non
esse homine prodigè utendum.

Liu. xxii.

Sperne igitur illas in Aulâ tuâ furiâs
facisque belli.

*vid quod
multi ex-
citant.*Tac. xi.
Ann.

Quo in numero interdum Nobilitas,
cui in pace durius seruitium est:

Thuc. I.

Sæpius feroce aliquot & turbidi. *Turbidi.*
quos dixeris *τηρουνειν δι τη μήτε αυ-
τας ἐχειν ήσυχαν, μήτε τες αλλας αρθεσ-
πες εἴναι: in id natos, ut neque ipsi qui-
scant, neque ali siinant.*

Exsules.

Non raro etiam Peregrini aut Exsules. qui suâ spe aut metu, cunctantem in arma propellunt.

Tac. ill.
Hist.

Nam, ut poëta canit,

Publico
praetextu,
sed prouata
caussa.

*Quemque suæ rapiunt scelerata in
prælia causse.*

Lucan. I.

Suæ inquam, non Tuæ aut Publicæ, ne erres. Sed tu quid credas? In tali re, scito consilium ab omnibus dari, sed periculum paucos sumere.

Tac. ill.
Hist.

Vno aduerso ictu languebunt omnium studia, qui primò alacres fidem atque animum ostentabant.

1. Hist.

Ne temerè ergo crede: & sententiæ vnius scuto omnes istos suasores repellent. Γλυκὺ πόλεμος ἀπέργοισιν. ἐμπέργων bellum. Δὲ τις ταχεῖ τεργιόντε viv ῥαζδίᾳ τεργιόντε Rei turpis στῶς: Suaue bellum non expertis. at qui gustauit, valde contremiscit animo quoties aduentans illud videt.

Pindar.
apud
Sib.Vix nisi ne-
cessariò, id
veniendum.

Felicem & magnum Augustum illum semper cogita: qui nulli genti sine iustis & necessariis (vocem nota) causis bellum intulit.

Suet. Aug.
cap. xx.

Atque

Tac. De
Morib.
Germ.

Atque utinam hunc affectum tibi
imprimam! ut sine cupiditate, sine impo-
tentia, quietus secretusque,

Plin. Pa-
neg.

Nec prouoces bella, nec timeas.

Tac. De
Morib.
Germ.

Id beatius, quam suas alienasq; fortu-

*Nec mole-
stia capien-
da.*

I. Hist.

*Et illuc descendere, ut aut perire ne-
cessē sit, aut quod aquē apud bonos misे-
rum est, occidere.*

*Aut cedes
instunēda.*

CAPVT VI.

Ad Gerendum bellum tria requisita.

*Primo Apparatus triplex, Pecu-
nia, Commeatuum, Armorum.*

DE C R E T A mea in Suscipiendo
bello habes: transeo ad Gerendū.
in quo tria considero vel potius
desidero; Apparatum, Viros, Consilia.

Apparatum dico, R E S N E C E S S A Apparatus
S A R I A S A D I V S V M I O M belli quid.
N E M B E L L I. vti sunt hæc tria;
& qnctu-
plex.

Pecunia, Commeatus, Arma. Nam
hæc nisi iam antè & ex præparato

*Ante bellū habes, frustra cogites de bello. Prīus est
faciendus.
parare bellum, quam exercere,*

Quint.
lib. XII.
Instit.

Imò

*Diu apparandum est bellum, ut Publ.
vincas celerius.*

*Per bellum
excitationes
editiose aut
periculosa.*

Nam in ipso bello, incommodum
aut serum. quoniam, ut prudentissimus
Atheniensium verè monuit, οἵ τε ξε-
σίαι τὸς πολέμου μᾶλλον, ή οἵ βίαιοι ἐσφο-
ραὶ ἀνέχοτι: Ex preparato copie, bella ma-
gis sustinent, quam violentae collationes.

Peticles
apud
Thuc.
lib. I.

Igitur prouido Principi antequam in-
cohetur bellum, de copiis expensisq; solicitus
debet esse tractatus.

Vegetan.
cap. III.

*Pecunia, si
ritus vitalis
belli.*

Maximè de Pecuniâ. quæ adeò ne-
cessaria, ut quemadmodum medici ne-
gant sine neruis homines ambulare posse:

Petron.
Satyr.

Ita nec bellum usquam progredi sine
istâ. Hæc motum, hæc animam illi dat:
& oraculum est, τὰ τολμὰ τῷ πολέμῳ,
κώμην καὶ γενιάτων πειρασία πεγαδῆ:
Pleraque belli res confici Consilio & vi
Pecuniarum.

Tacit.
Agric.

Nam

Id. i.

Nam profectò, si consideras, ὅτιν δός
πόλεμος εχει ὅπλων τοπλέον, αὐτὰ δε-
πάνης, δι τα ὅπλα ωφελεῖ: Bellum est
non in armis maximè, sed in expensis &
sumptibus, per quos efficacia arma & uti-
lia fiunt.

Nec arma
valida sine
illa.

Et plura de Pecunia vi * suprà dixi.
Nec minus necessaria etiam Annona:
sine qua non dicam vincere non est, sed
nec viuere. Nam qui frumentum necessa-
riūmque commeatum non preparat, vin-
citur sine ferro.

* lib. i. v.
cap. i. x.

Annona
necessitas.

Veget. iii.
cap. xxvi.

Et reliquis casibus potest in tempore
subueniri: pabulatio & annona in nece-
ssitate non habent remedium, nisi ante
condita.

Paranda igitur ea, & quidem in usum
duplicem: Militum & Præsidiorum.
Illi, dum in agmine & castris sunt, ne
egcant: ista, ut aduersus moras obsidianis
annuis copiis fermentur.

Ufus du-
plex.

Tacit.
Agric.

Mirari libet hac in re Romanam di-
spositionem. quæ ad utrumque hunc
usum in plerisque opidis, totius anni,

* Ad po- *in aceto, frumento, Larido, atque hordeo*
scam mi-
litarem. & * paleis, condita habebat.

Capitol.
in Gord.

* Ad vsum
equorum.

Culpare contrà hodiernam incu-
riam. cùm ferè mendicitas ad omnem
desperationem vocat armatos.

Lampr. in
Alex.

Miles in-
tractabilis.

Disciplinam non potest seruare ieunus
exercitus.

Cassiod.
1 v. Var.
cap. XIII.

Et auci nec
audies cum
egens.

Et, vt Imperator ille dicebat, mi-
les non timet, nisi vestitus, armatus, cal-
ceatus, & satur. & habens aliquid in
zonula.

Lampr. in
Alex.

Armorum
paratus.

Nauium re-
vulg. na-
tum.

Metuendum
hoc Princi-
pem facit.

TERTIO loco Arma posui. intel-
lego, vt Armamentarium aliquod Prin-
ceps habeat, in quo ad certum nume-
rum peditum equitumque tela & arma.
itemque tormenta, machinæ, puluis, &
que talia iuuandis viribus haec aut prior
ætas inuenit. Addo naues, & instru-
mentum omne nauticum, si regio eius
maritima & portuosa. Nam subito
ista agrè parantur: & semel parata non
solùm in bellum valent, sed ne sit bel-

lum. Nemo prouocare audet aut face-
re iniuriam ei regno aut populo, quem
intel

Idem in

Tac.
Hist.

Lib. 11

intellegit expeditum atque promptum ad vindicandum.

Idem 11. Et qui desiderat pacem, preparet bellum. *Ei pacati.*

CAPUT VII.

Milites terrestri quidem Bello neces-
sarij, duplices: Equites, peditesq.
quaesitum breuiter, utrorum ma-
ior & fuis.

AT Viros h̄ic intellego, ARMATA MVLTITUDINE, Quid viri,
APTAM IMPVGNARE VEL & corrum
REPVGNARE. Eam diuido, in Mi-
lites & Duces. Milites iterum duplices,
Pedites & Equites. Nam vtrisque sanè
opus est. à quibus omne bellicis consiliis
robur, & sine quibus quamvis egregia,
inuicta sunt.

Sed vtris magis dubites. Polybius
(peritus hercules in omni re bellicâ &
ciuili scriptor) Equites attollere videtur,
& vim præcipuam ascribere ad vin-
cendum. ορείτιν τοι, inquit, πόσες τούς
τῶν πολέμων καιρούς, οἵμασθε ἔχειν πάγκης,

Equites
pragant pe-
ditibus.

πανοπετεῖν ἐπὶ τοῖς ὄλοις μάχον, ἢ πάντες
πάσου τοῖς τολεμίοις ἔχοντες σφραγίδα-
ντειν: Melius est ad bellum usus, * dimidiam
partem peditum habere, & praevalere nu-
mero equitum, quam omnia paria hostibus
nactum in aciem descendere.

Sed dum
taxat in
pugna.

Toto bello
pedites me-
liores.

Nec de Pugnâ, nimis negem: nego
de Bello vniuerso, in quo Peditem præ-
pono. Nam ad opida propugnanda
aut expugnanda quis equitum magnus
usus? quis etiam in montanis locis, aut
impeditis? Ex quo intelligitur magis ne-
cessarios reip. pedites, qui possunt ubique
prosse.

Veget. II.
cap. II.

Scriptor meus hoc vidit, & vigi-
lanti lectori ingessit, de Cattis: Omne,
inquit, in pedite robur.

Tac. De
Morib.
Germ.

Additque: Alios ad prælium ire vi-
deas, Cattos ad bellum.

Ibidem.

Imo & in
pugna boni.

Quamquam & in ipsis præliis cur
Pediti minor vis? Tardiùs ille vincit
fortasse, sed certius. Nam equestrium
virium propriam, cito parare, cito cedere
victoriā.

Vege-
cap. I.

Quin

Tac. I.
Morib.
Germ.

Quin ipsum illum impetum & pro-cellam equestrēm.

Facilē excipit, si idoneus illi ordo & arma: quod sit per Disciplinam. Summus harum omniumque rerum iudex ita protulit. Άνδρα μηδ σωτάξεως, ἀλληγενσον τὸ ὄπλιπνόν. αἱ δὲ διεὶ τοις τοις τοις εὐπειρίαις καὶ τάξεις, τοῖς δέχασίς τοις ὑπῆρχον, ὡς τοῖς ιπτεύσοιν εἴ τοις ιχθύις. Sine ordine, inutilis pedestris armatura. ratio autem & peritia ordinandi ignota antiquis: ideoque in equite apud eos omne robur.

Iuxta cum
Equitibus.
si apte in-
struēti &
positi.

Arist. iv.
Polit. cap. xiiii.

19.072
19.073
19.074

Veget. II.
cap. I.

Tac. De
Morib.
Germ.

Veget. II.
ap. II.

Tac. De
Morib.
Germ.

Ibidem.

Disce. vbi cumque bona & composita militia, Peditem praeualere: apud rudes aut barbaros, contrā. Nec sancte inutiliter disciplina & ratio illum prouexit: quia parabilior; & simul maior numerus peditum sumptu & impensa minore nutritur.

Barbari
equitatu
gudent.

Minor in
pedites sum
pium.

Ex his concludo, in uniuersum aesti-manti plus penes peditem roboris esse.

CAPVT VIII.

*Utrosque bonos esse debere: alioqui
pro nibilo omnis copia. Fieri bo-
nos dupliciter, Dilectu & Disci-
plina. Ea neglegi hodie, & super
hac re iusta & veraque querela.*

*Milites bo-
ni habendi.*
*Magu
quam mul-
ti.*

HÆc discrimina Militum sunt: quæ frustrâ tamen ingero, nisi illi boni. Cui usui quamvis magna Equitum Peditumque multitudo, si ignavia, imperita, & tantum multitudo? Tu scito non vires eam habere, sed pondus:

Sen. v.
De Benc.
cap. xxxi.

*Et esse impedimentum manus, quam Liu. ix.
auxilium.*

*Græcus ille scitè monuit: χειρῶν δεί Synec. Ep.
τοῦ τολέμεω, καὶ σὸν ὄνομάτων τοῦτον:
Manibus opus est bello, non multis no-
minibus.*

*Tolle mihi vana, & in oculis vulgi
magna. quoniam in omni conflictu non
tam prodest multitudo, quam virtus.*

Veget. I.
cap. iii.

Etiām

Tac.
An.

Taci
Ann.

Ex G.
diac.
I. Hil.

Liu.x

Tac. xiv.
Annal.

*Etiam in multis legionibus, pauci sunt
qui prælia profligant.*

Pauci, qui
semper vin-
cuntur.

Ad virtutem ergo veniendum: id est,
ut bonos eos habcas, fortisque. nec ha-
bebis vñquam, nisi hæc duo velut in-
strumenta adhibeas, Dilectum & Disci-
plinam: alterum parandis iis, alterum
formandis. In quo video futurum ut
multa suadeam, quæ ex vsu magis, quam
quæ in vsu. Quid faciam? hodiernam
Militiam tristi oculo intueror; puden-
dam lugendamque nobis, hosti riden-
dam aut spernendam.

Milianæ-
bra corru-
puissima.Tacit. I.
Ann.

*Itaque cogor apertis tibiis canere, &
illa militiae flagitia palam aspernari:*

Atque adeò imaginem eius propo-
nere: non ut conuitum æuo faciam,
sed ut medicinam. Nam principio, Di-
lectus quæ forma apud nos? nulla.

Sine serio
dilecta.Ex Galba
dicto.
I. Hist.

Emunt militem, non legunt.

Liu. xxii. *Pecuniola proponitur, tympanum
strepit: & ecce coëunt aliquot ignoti in-
ter se, ignorantésque.*

Vilissimi e-
mores asci-
scuntur, aut
peccanti.

Purgamenta urbium suarum:

Curt. ix.

Quibus ob egestatem & flagitia, maxima peccandi necessitudo est:

Tac. iii.
Ann.

Affueti latrociniis, bellorum insolentes.

Egesip. iv.
cap. iv.

*Vix co-
pertit.* Atque ut uno verbo absoluam, quorum lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè non minari non possunt in honestissima.

Pseudo.
Sallust. in
Cic.

*Sine illâ
Disciplinâ.* Plerique enim profectò tales: (nam omnes absit ut culpem.) aut si qui melioris notæ immixti, facile abripiuntur, & velut obducuntur à reliquâ illâ fece. Atque hæc in Dilectu. in Disciplinâ quid? nec formam saltem eius & extrema tanquam lineamenta seruamus.

Cic. v. De
Rep.

*Certatum
lasciviant.* Atque ut olim virtutis modestia &c, nunc procacitatis petulantia &c, certamen est.

Tac. iii.
Hist.

*Omnia indisposita, temulenta, pernigi-
liis ac Bacchanalibus, quam Disciplinæ &
castris propiora.*

Imò

ii. Hist.

Corn
dictu
suis i
tibus
Liu
xxvii

III. Hist. Imò nec in procinctu & castris habentur, sed per omnia municipia desides, hospitibus tantum metuendi:

Paganos
venant.

IV. Hist. Effundunt se in luxum, & epulas, & nocturnos cætus.

Cornifican-
tur.

Curt. VII. Ibi circumferri merum largius iubent, debellatur super mensa ALEXANDRVM.

Potant, &
tum pu-
guant.

Ibidem. Suas vires extollere, hostium paucitatem contempnere.

Sallust.
Fragm. Sed, ô dedecus! ad ipsos cum ventum est, neque animo, neque auribus, neque lingua competere.

Apud ho-
stes trepi-
dant.

Et fit illud Homericum,

Iliad. O.

-- πάτην δὲ παρὰ ποσὶ κάπασσε
δυνός.

-- inque pedes cunctis mens deci-
dit imos.

Cornificij
dictum de
suis mili-
tibus.

Livius
XXVIII.

Verè galeati lepores.

Fugunt.

Quibus ut ad populandos finitimorum agros, teatique vrenda, & capienda pecora, aliqua vis sit: ita in acie aë signis collati nulla est.

Violenti ad
prædas,
ignavi ad
prælia.

Nam

*Decimū se-
cūri.* Nam ita collectis, ita habitis, nec in <sup>Tac. II.
Hist.</sup> victoriā decus est, nec in fugā flagitium.

Ad summam, Militia hæc nostra est.
Exercitus lingua, quam manu promptior; <sup>Sallust.
Iug.</sup>
prædator è sociis, & ipse præda hostium.

CAPVT IX.

De Dilectu cæptum dict. sed primò
quæsitum, Exteri an Domestici
præferendi? nos istos censemus,
cum cauſâ.

*Hac immu-
tanda.* **Q**VÆ omnia fœda, turpia, & per-
dendè militiæ patriæque esse quis
non videt? Tibi emendanda Princeps:
cuius est pro salute reip. & noua exco-
tare, & antiqua restituere. ^{Veget. c.xviii.}

*Renovato
Dilectu &
Disciplinâ.* Restitue ergo illa duo, quæ iam præ-
signauī, Dilectum & Disciplinam: sola
probæ germanæque Militiæ vel fun-
damenta, vel firmamenta. Dilectum
appello, EORVM QVI ARMIS
IDONEI SVNT CVM IUDICIO
ELECTIONEM. IDQVE E' TVIS.
*Quid ille
fū.* Diserte

<sup>Tac. I.
Hist.</sup>

Lucan

<sup>Tac. I.
Hist.</sup>

I. Hist.

III. Hist.

Anna

In Agri

Disertè addo, è Tuis. nam Militiam <sup>An Exteri
& merce-
narij legèdi?</sup>
hanc Peregrinam qui approbem? aut quis serio Dilectui in cā locus: Mos in-
uexit, fateor: sed non Ratio. quam ego audio, & Domesticum militem longè <sup>Ego & Ra-
tio nega-
mu.</sup>
semper præferam Extero. Causæ istæ.

Tac. III.
Hist.

Infidi sæpe exteri: & maiore ex di-
uerso mercede, ius fāsque exunt.

Nam vix
fides apud
eos.

Lucan,

Tritum illud, in iis propriè obtinet,

Venalésque manus. ibi fas, ubi ma-
xima merces.

Tac. I V.
Hist.

Iidem Refractarij. amantque non in-
beri, non regi, cunctaq; ex libidine agere. <sup>Vix parien-
tia.</sup>

I. Hist.

Idque sæpe propinquo summae rei di-
scrimine. <sup>In pugnam
frigidi.</sup>

Cūm tumultuari eos videbis & se-
ditiosè agere:

Annal.

Aut in ipsa etiam pugnâ, sine pudore <sup>Aut pauci-
di.</sup>
flagity, sine curâ ducum, abire, fugere,

In Agric.

Quid mirum? non fide, non affectu
tenentur,

Vt serio velint aut debeat *dominationi alienae sanguinem commodare.*

Itaque plerumque *plus ibi minarum,* Liu. vi.
quam periculi.

Cimibus per-
naciōsi. Adde, quod graues incolis. soliti
omnia tanquam externa aut urbes ho-
stium, urere, vastare, rapere:

Populatores terrae, quam à populationi- Curt. iii.
bus vindicare debebant. Hist.

Graues à-
vario. Imò teipsum diripere. veræ *hirundi-* Cic. r. ad
nes erary: Attic.

Et quorum operā maximè, hodie

Offa vides regum vacuis exsucta Iuuen.
medullis. Sat. ixx.

Magis fidei
Incerance. At in Domestico & proprio milite,
melior mitiorque res est. qui non fortitudinem magis, quam fidem colit.

Obedientes. Cui obsequium & patientia imperij

longè præstantior, quam exteris.

Aces in
pugnans. Ille idem acer in acie: in primâ fronte Sen. r. ad
concurrent, & aduersa vulneribus pectora Clemens
fe

Ibidem.
Sen.
Clem.
Ibid.

Curt.

Curt.
Hist.

Curt.

Tacit.
Ann.

Liu. xx.

idem.
Sen. i. De Clement. ferens, ne Imperatoris sui signa vertantur.

Ibidem. Est enim naturâ plerisque populis Reuerentia
urbibûsque, consensus quidam protegendi vel amore regum.
amandique reges.

Curt. x. Quod nomen, gentes quæ sub regibus
sunt, pro deo colunt.

Denique ille modestior, & reueretur
ac suspicit loca sedésque patrias.

Amantio-
rei patriæ.

Curt. x. Ut ego omnino præferendos cen-
seam genitos tibi milites, non ascitos.

Nec illos tamen planè spernendos.
vtique si maior vis aut necessitas in-
gruat: per quam mitri suadeam ad fi-
nitimos, qui auxilia mercede faciant.

Mercenarij
tamen in-
terdum invi-
les.

Sed auxilia, vt vires inquam & ro-
bur exercitus è tuis sint, nec corpus
exteri faciant, sed membrum. Nam
id cauendum semper prouidis ducibus,
exemplaque vetera pro documentis ha-
benda, ne ita externis credant auxiliis, vt
non plus sui roboris suarumque proprièti-
rium in castris habeant.

Sed pa-
catores.

¹ Vbi multi,
sepe destituunt, aut
produntur.
Alioqui, vide ne seriò, sed serò plo-
res : & fiat illud vetus.

Εξηπάτισεν ἡ χάραξ ἢ αὐτοὶ οὐνοί:
Decepit ipse vineam palus suam.

Aristoph.
in Vespri.

Veget.
cap. xv.

CAPVT X.

Obiecta & reiecta ea, quæ cōtra Do-
mesticum militem dicuntur. Hunc
regum esse, illum Tyrannorum.

Obiectio
prior, à ro-
bore natu-
rali qua-
rundā gen-
tium.

AT enim, inquiet aliquis : *Gens Veget. s.
cap. ii.*

*gentem præcedit in bello, & plaga
cæli non tantum ad robur corporum, sed
etiam animorum facit.*

Ergo melius, spretis Domesticis,
Mercenarios conduci è pugnaci ali-
quâ gente. Item : Regi à subditis peri-
culum, si eos armat. *non in fide, non in
officio manebunt:*

Atque adeò aliquid fortasse *aduersus* *Ibidem*
summi imperij maiestatem audebunt.

Hæc iactari vulgò, & inseri auribus
Principum scio : sed malignè profectò
aut falsò. Nam quod ad primum,
verè

Id. lib.
cap. xv.

Plin. I
neg.

Livius
xxvii.

Plato v.
de Legi.

verè illud dici non nego: sed hoc quoque verè. ex quavis Europæ nostræ parte (*illi scribimus*) si modò exercitati & prudentes viri *Dilectui præponantur*, celeriter manum bellis aptam posse aggregari.

*Respsō ad
illam.*

*Veget. 11.
cap. xviii.*

*Id. lib. 11.
cap. xviii.*

Viros enim ea vbiue fert: qui omni armorum disciplinâ vel arte bellandi, veteres illos milites qui orbem terræ subegerunt, facile coequabant.

Institutio modò adhibetur & Disciplina, de quâ mox dicam. Iam quod ad Metum à subditis: ille vero vanus.

*Respsō ad
istam.*

*Plin. Pa-
neg.*

H.ec persuasio illorum fuit, qui hostilia cum facerent, timebant.

A Tyrannis, inquam, hæc opinio.

*Tyranni ex-
armati suis.*

*Plato VIII.
de Legib.*

Φοβεύμενοι δὲ ὁ ἀρχαῖος δεχόμενος, εἴ τε καλὸν, εἴ τε πλεον, εἴ τε ἴχνεγέν εἴ τε ἀνδρεῖον, εἴ τε τὸ θεάτρον πολεμικὸν ἐκαίρειος γίγνεται: Nam Princeps subditos metuens, neque bonos eos neque opulentos, neque fortes aut animosos, neque in uniuersum bellicosos fieri, volens quidem unquam patietur.

*ristopk.
Vespui*

*Veget. 11.
cap. ii.*

*Liuim
xxvii.*

Ibidem

*Reges fidam
habent, &
inueniunt.* At ea à nostro Principe abest: cui
bono, semper illi boni. *Obijcent se mu-*

Sen. t. De
Clemen.

cronibus insidiantium,
Et se suaq̄ iactabunt, quocunque desi- Ibidem.
derauerit imperantis salus.

Vege-
cap. I.

CAPVT XI.

*Qui legendi in milites? Duo genera
facienda: Ordinarios & Subsi-
diarios. atque utrique seorsim
descripti.*

Tac. I
Morit
Germ.

Ibider

*E*RGO Dilectus è tuis esto. sed, vt
addidi, CVM IUDICIO: quod
in his duobus pono, Quos & Quomo-
do legas. De priore ita censeo, duo ge-
nera Militum scribenda: Ordinarios, &
Subsidarios. Illos QVI ADSIDVE
Ordinarius
miles.
ET VELUT EX MVNERE
ATQVE ARTE MILITENT:
Istos, QVI RARENTER, QVI-
QVE DOMI SINT ALIA-
Subsidia-
y 1565. RVM RERVM. Priores illos non
aliud esse volo, quam legitimos quo-
dam perfectosque milites, & ut ita
di

I. Hist.

Ibider

L Ann.

I. Hist.

dicam, verè Martis pullos. qui lecti in
hanc vnam spem, fermentur omni ar-
morum exercitio, disciplinâ castrorum,
vſuqâ militiae.

*Qui sint velut inuicta quædam acies:
& ipsâ plerumque famâ bella profligent.*

Tac. De
Morib.
Germ.

*Hi tales omnino Principi necessarij,
in pace decus, in bello presidium:*

Sed necessarij haud multi. non fo-
lum quia Sumptus vito (immensi enim
faciendi sint in assiduum illum frequen-*Non multi
ij scribendi.*
temque militem:) sed quia Turbas.
Nam profectò vbi illi multi, facile *Ob canſans
duplicem.*
ad res nouas:

Ibidem. *Tum ingenio suo, tum ubi vires re-
ſpexere, securitate:*

L Ann. *Atque euenier, ut contra morem obſe-
quij, contra fas Discipline interdum vim
meditentur.*

*Quibus rebus vna cautio, si nec
multi nimis sint: nec ſemper vna. Hoc
volo, ut extra bellum, centurias tan-*
*Non item,
in pace, vna
habendi.*

tum suas turmasque nouerint.

Nam longis spatis discreti exercitus, ibidem
quod saluberrimum est ad continendam
militarem fidem, nec vitiis nec viribus
miscentur.

*Quād mul-
ti, nostro iu-
dicio, legen-
di.*

* Plenam
intellego:
sex mil-
lium.

* Plenis
itē; equi-
tum qua-
dringen-
torum.

*Equites hic
in primis
curo.*

Sed quo numero Ordinarij isti igi-
tur? Ægrè certum aliquem definiam
(pendet s̄epe à temporibus res, tum à
magnitudine cuiusque regni:) tamen
communiter *ναὶ παχυμερός* sic præscri-
bo. In mediocri aliquo regno, vnam
* Legionem satis esse, cum tribus equi-
tum * Alis : in magno, alterum tantum.
Nam Equitum numerum paullò gran-
diorem, quād pro modo Peditum,
hīc esse volo. quia è Subsidariis, Pe-
dites facilē expleas, & bonos reperias:
at in Equite aliter est. in quo tractu &
morā opus, vt exerceas & docendum
cures equo, armisque.

*Subsidia-
riorum de-
scriptio, &
vñus.*

Ordinarij isti sunt. At s̄ V B S I-
D I A R I I s etiam opus vt te fir-
mes: quoniam palam est, exiguum il-
lam manum non esse ad omnem vim
hosti

Liu*ius*
xxvii.

Tacit.
Moti.
Genu.

I. His

Salluf.
Cæl.

Tacit.
His.

Veget.
c. xxvii.

hostilem. Hos nō aliud esse volo, quām paratas semper Auxiliares aliquas copias, sine duplice: siue ut prioribus illis in acie iungas, siue ut in præsidia distribuas opidorum. Qui hoc ab Ordinariis differunt, quòd illi quidem toto ge-

*Discrimen
ab Ordina-
riis.*

Tacit. de Motib.
Germ. *nere vitæ milites sint, & tantum in usum preliorum sepositi, velut tela atque arma, bello reseruentur:*

L. Hist. *Isti, dumtaxat iuuentus sueta armis,
& more militiæ exercitia.*

Sallust. ad Cæs. *Qui extra belli tempus, in artes vi-
tasque variæ disparati,* *In pace, sibi
visant.*

Tacit. II. Hist. *Res suas agunt: per bellum euocan-
tur, & eandem aut similem operam ti-
bi, quam Mercenarij, præstant. Sed hoc
meliorum: quòd non solum reuerentius
& æqualius duci parebunt,* *In bello, bel-
lant.* *Obnoxij:
sunt.*

Veget. I. c. XXVIII. *Sed etiam minus impendiosi tibi
erunt. quoniam omnino vilius constat
armis erudire suos, quām alienos mercede
conducere.* *Damnoſi nō
ſunt.*

Quod exteri illi in itu & reditu

*Paratiōes
extern.* consumunt, hoc si in armāndis istis
impēndis & exēcēndis: egregiam ha-
bes, & ad manū tibi semper milita-
rem manū. Nam illi longinquē ac-
cessēndi, & cum dispēndio sāpē exspe-
ctandi sunt: hi in tuā sede, vno edicto
*E pagis pa-
randi.* euocantur & adsunt. Vnde eos para-
bis? ē pagis. Nam opida hīc fugio
causā duplīci. primū, quia omnino
** Cap. seq.* melior ad arma rustica plebs, vt * mox
dicā: deinde, quia securitati etiam
Principis consulo & quieti. Nam ab
armis ferociorem & magis exsultantem
*Urbanī pro-
ni in mo-
tus.* populum fieri, non est negandum. quæ
si opidanis passim adtribuis; vereor ne
*Fiducia lo-
torum.* locis & mēnibus frēti rebellionē for-
taſſe cāptent,

*Et suopte
ingenio.* Ut solent homines, Odio præsentium
& cupidine mutationis:

Atque ita patefieri occasio etiam ad-
uersum te posſit.

*Non item
ifti.* Qui metus longē à Paganis. tum
quia naturā mītores; tum quia variè
sparsi & diducti, non temerē consen-
tiant & cōcānt in vnum. Nec enim alia
in

in Subsidiariis mea mens, quām ut per pagos vicōsque singulos, quini, deni, viceni (ut frequentia aut infrequentia incolarum erit) descripti instructique habeantur: iidemque in centurias & cohortes suas tunc denique cōueniant, cūm erit bellum. Quos grandi aliquo numero esse quidni suadeam: Nam reuerâ hoc illud est, *Bellum parare simul & aerario parcere.*

Sallust.
Iug.

*Numerus
corism, nō-
stro iudicio.*

Si triginta aut quadraginta mille-
rias cohortes (ita diuidam, non in le-
giones) ex ipsis legas, vtile censem:
imo si plures. sed Peditum tantum.
Nam Alas rusticis non attribuo: &
melius, vt in Nobilitatem & in *dites*
hæc à pauperibus onera inclines.

*Quos ple-
rosque pedi-
tes velim.*

Liu. II.

Plura, & tenuiore filo, de vtilissimâ
re in Notis.

ad libetib[us] orationib[us] nisi illi
libetib[us] utriusq[ue] in T[er]ris s[ecundu]m
mod[us] mod[us] mod[us] in manu
est. ratiōne ratiōne ratiōne sup[er]flud
e[st] e[st] e[st] e[st] e[st] e[st] e[st] e[st] e[st]

ca. R. 11.
ann.

rac. 11.
bidem.

hist.

CAPVT XII.

Verè cum Dilectu utriusque capiendi:

*¶ Notæ quinque ordine positæ,
germanæ in milite virtutis.*

*Pars præ-
cipua Dilec-
tus, Excer-
prio & in-
dictum,*

QUOS eligas, dixi: pars altera Iudicij superest, Quomodo. Nec enim passim profecto aut temerè oblati adsumendi: sed castra quoque, quos *ad laborem & periculum accipiunt, fastidiosè legunt.* *Sen. Ep.*

*Quid mirum? Vires regni, & Romani
nominis (ait ille) fundamentum, in prima
Dilectorum examinatione consistunt.*

*Quo magis hæc pars tibi cum cura
habenda. & cum constet, in omnibus locis, *Cap. II.*
& ignauos & strenuos nasci:*

*Sunt nota-
certa mili-
tarū viri.*

Illi seriâ inquisitione reiiciendi, hic capiendi sunt; si fortem quidem militiam vis & felicem. Boni autem robustique militis certa indicia, & velut Notæ sunt, ad quas non fallaciter eum

le

*Veget. I.
cap. vii.*

Cur

Sen.

*Taci
Ann.*

III.

*Vege-
cap. II.*

*I. De
ruf. c.*

legas. Quas facio quinque: Patriam,
Ætatem, Corpus, Animum, Vitam.

Nomine P A T R I A E intellegi palam ^{I. Patria.}
est locum, vbi quis natus aut educatus.
quem haud temerè in Dilectu confide-
res: quoniam profecto locorum asperitas
hominum quoque ingenia durat.

Sen. Ep. Fortior miles è confragoso venit: seignior <sup>Vrbicola ne
beni.</sup>
est, urbanus & verna.

Itaque in vtravisi militiâ hunc sper-
no. Nam vernacula illa multitudo, lasci-
uiæ sueta, laborum intolerans:

Mercurio addicta, qui effeminat. ^{Miles.}
scimperque homines, quanto pecunia di-
tes & voluptatibus opulent, tanto magis
imbelles.

Veget. 1. Ex agris ergo, nostro iudicio, supplen-
tip. III. dum robur præcipue videtur exercitus. <sup>Agrestes
boni.</sup>

1. De Re
rust. cap. L Catonis oraculum audio: Ex agrico-
lis & viri fortissimi, & milites strenuissi-
mi gignuntur.

Et vnu constat aptiorem armis rusticam
ple

^I abies. plebem, quæ sub diuo & in laboribus <sup>Veget. i.
cap. iii.</sup> enutritur.

Duri. Quæ assuevit hiemem & estatem iux- <sup>Sallust.
Iug.</sup> tà pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare.

<sup>Sine com-
seriu.</sup> Minimeque ad eos mercatores sæpe <sup>Cæf. i. De
bel. Gall.</sup> commeant, atque ea quæ ad effeminandos animos pertinent, important.

Talibus viris, non labor insolitus, non <sup>Sallust.
Catil.</sup> locus ullus asper aut arduus erit, non armatus hostis formidolosus.

<sup>Sine deli-
ciis.</sup> Nescio enim quomodo minus mortem <sup>Veget. i.
cap. iii.</sup> timet, qui minus deliciarum nouit in vita.

<sup>ipsum etiā
se istu, fili-
estres &
voniatis.</sup> Itaque ex iis leges, sed hos maximè, qui saltuosos locos incolentes, duriæ patientiaq; magis insuevere.

<sup>aut ad ma-
borrida.</sup> Aut si qui Septentriones & marc versus, ipso terre sue solo & celo acrius <sup>De Mo-
rib. Ger.</sup> animantur.

^{I. Aria.} AT Nota altera ÆTATIS est. in quo, si antiqua consuetudo seruanda est, <sup>Veget. i.
cap. iv.</sup> incipientem pubertatem ad Dilectum cōgendam nullus ignorat.

Quod

Ibid

plini
pane

Cic.
lip.

Veget
cap. xx

Id. 11
cap. x,

Ibidem. Quod vult etiam ipsa ratio. Nec enim tusentes te
gendi. tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris.

Legi igitur eos suadeam, ex Romanâ regulâ, ab anno XVII. aut paulum suprà. Nam istos grandes & veteranos si misces; vnâ etiam vetera Seniores
hanc apis. vitia: ut sunt propria huius seculi mala, *inertia, & contumacia, & deditatio parendi.*

Cic. Phi-
lip.

Ego sanè in Dilectu non tam veteranos intuendos nobis arbitror,

Veget. II.
cap. XXIII.

Quàm eos qui possint aliquando esse boni veterani. Neque enim *longitudo etatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed continua exercitatio- nis meditatio.*

Id. III.
sap. x.

Facilius autem est ad virtutem instruere nonos milites, quam revocare præteritos.

Nota tertia, CORPVS. quod gran-
de & prælongum placuisse nonnullis
video: ut C. Mario, qui tironem exegit

ita ut senos pedes, vel certè quinos, & de- Veget. i.
nas uncias haberet: cap. v.

Grāde qui-
dam pro-
bant.

Vt regi Pyrrho. qui Dilectori suo fer- Frontin.
tur dixisse, Tu grandes elige, ego eos fortis I V. Stra-
reddam. tag. cap. i.

Nec temerè à viris magnis abeo : ta-
men, me iudice, non tam statura rationem Veget. i.
habere conuenit, quam virium. cap. v.

Vtiliusque est fortis milites esse, quam Idem cap.
grandes. v. i.

Nos medio-
cre.

Placeat mihi illa media militaris sta- Liu. viii.
tura.

Sic tamen vt ex vultu, ex oculis, ex Veget. i.
omni conformatioне membroru᷑ eos eligas. cap. vi.

Quod siccū
vegetumq;
ponus, quā
fluidum.

Nempe quibus sunt dura corpora, Tac. De
stricti artus, minax vultus, maior animi Morib.
vigor. Germ.

Stricta, inquam, corpora. nec pro-
bem facile crassulos & superflua carne Veget. i.
distentos. cap. vi.

Velocitas enim est, quæ percepto exerci- Id. i. cap.
tio strenuum efficit bellatorem. I V.

A quā

Tac.
Hist.

Vega
cap. v.

Cic. z
Orat.

Veger
cap. v.

Sall
Iug.

Lucan

Sallust
Iug.

Tac. II.
Hist.

A quâ nimirum magna illa & fluxa
corpora aliena.

Veget. I.
cap. viii.

Nota quarta A N I M I . Nam *hoc* ^{I V.} *Ani-*
est, in quo totius reip. salus vertitur (ait ^{mus.}
militaris scriptor) *ut tirones non tan-*
tum corporibus, sed etiam animis præstan-
tiſimi diligentur.

Cic. II. de
Orat.

Animus acer & præsens, & acutus idem
atque versutus, inuictos viros efficit.

Veget. I.
cap. viii.

Sint igitur eligendi, Audaces, ha- ^{Audaces,}
beantque confidentiam militarem. ^{probi.}

Sallust.
Iug.

Quibus sudor, puluis, & alia talia, epu-
lis iucundiora sint.

Lucan. I.

-- *Quos ille timorum* *Eati sui
Maximus haud urget lethi metus.*
inde ruendi
In ferrum mens prona viris, ani-
mæq; capaces
Mortis.

Sallust.
Iug.

Ad summam, qui nihil metuant nisi *Gloria audi-*
turpem famam. *di.*

Nam hanc sanè volo timeant. Verè
scri

Verecundi. scriptor Græcus: Οἱ δειλότεροι ἀρρός Plutar. in τὰς νόμους, θαρράλεωτατοι ἀρρός τὰς πον Agi & λεψίας εἰσὶ· καὶ τὸ παθεῖν ἕπεσθαι δεδίαστον, Cleo. οἱ μαλιστα φοβερότεροι τὸ κακῶς ἀκόστου: Qui legum metuentissimi, idem in hostes audacissimi; & pati quiduis minimè varentur, qui male audire maximè varentur.

Honestas enim idoneum militem reddit: verecundia, dum prohibet fugere, facit esse victorem.

v. vna. Ultima Nota VITÆ. id est, quo genere quæstus aut artis sese sustentent. Nam ad mollitiem aut duri-
Mollitum
artū culto-
res mali. tiem, ignauiam aut ferociam, haud leuiter hoc facit. Ego pescatores, aucu-
 pes, dulciarios, linteones, omnésque, qui aliquid tractasse videbuntur ad gynacea pertinens, longè arbitror repellendos à castris.

Sedentary. Quineriam opificum vulgus & sellu- Liu. iii.
mali. larij, minimè militie idoneum genus.

*Viles aut
infirmitates,
mali.* Sed nec serui olim admissi, aut damnati iudiciis: quique genere aut vitâ

Veget. cap. vii.

Vege-
cap. vi

Ibider

Idem
cap. iii

vitâ infames. aliter quâm nunc, cùm
tales sociantur ármis, quales domini ha-
bere fastidiant.

Tac. xv.
Ann.

Et castra adeò non casta, vt quid-
quid usquam corrumpi & corrumpere
queat, in illis visatur.

Habes omnia de Dilectu: nisi quod
duo hæc etiam moneo. Prius, vt non
leue hoc officium putes, aut passim quibus-
cumque mandandum:

Ibidem.

Sed à magnis viris, magna diligentia
idoneos eligi cures juniores.

Alterum, vt idem tidem repetas. Quia
enim morbo, fugâ, missione, numerus
imminuitur; nisi annis singulis, imò sin-
gulis penè mensibus, in decadentium locum
juniorum turba succedat, quamvis copiosus
exhaustetur exercitus.

V

Plutar. in
Agi &
Cleo.

Veget. i.
cap. vii.

*Idonei ad
Dilectum
admonendi*

Veger. i.
cap. vii.

Veget. i.
cap. vii.

Idem iii.
cap. iii.

*Isque ite-
rantus.*

Liu. iii.

CAPVT XIII.

De Disciplinâ verâ & severâ di-
ctum. Ea laudata. partes eius
(idq; docendi caußâ) quattuor
factæ. Singulæ explicatæ.

SED venio nunc ad præcipuum decus
stabilimentum imperij, MILI-
Disciplina TARIS DISCIPLINÆ tenacissi-
mum vinculum:

Ex cuius sinu omnes triumphi ma- Ibidem.
nârunt.

Ac necessi-
tas. De quâ verissimè Imperator ille ad
milites: *Disciplina maiorum remp. tenet.* Alex. Seu
que si dilabatur, & nomen Romanum &
imperium amitteremus. apud Lan
prid.

Nam sine cå quid Dilectus? ille sal-
tem qui possint esse boni milites, inue-
nit; sed hæc facit tales & seruat. *Paucos* Veg. 11
cap. xxx.
*viros fortes natura procreat, bona institu-
tione plures reddit industria.*

Nimus ne-
glecta ho-
die. At ea tamen hodie non dicam lan-
guet apud nos, sed obiit; neque mala,
sed

1.cap

Ie. I.
De capValer.
cap. II.

Ibidem

i. cap. ix. sed nulla est. Ut omnino, si reducere & insinuare eam volumus; de historiis vel libris, nobis antiqua consuetudo repetenda sit.

Valer. II.
cap. vii.

le. l. xix.
De capt.

Repetenda à
Romanis.

Et maximè Romanorum. Quis enim populus melius aut firmius eam coluit? Imò Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorū.

Valer. II.
cap. ix.

Ibidem.

Qui fricif.
simè ea usi.

Magno quidem cum fructu. quoniam, si inspicimus, ea sola acriter retenta Principatum terrarum Romano imperio peperit.

Alex. Se
apud Lan
ptid.

Ibidem.

Quâ ipsâ de caussâ, tu animosè Princeps, omnibus imperij neruis ad reuocandam pristinæ disciplinam militiæ debes conniti:

Veg. III
cap. xxv.

Me, pro viribus, adiuuante & praeciente. Appello autem Disciplinam, SEVERAM CONFORMATIONEM MILITIS AD ROBVR ET VIRTUTEM.

Descriptio
Discipline.

Partes eius siue munia (ut quæ va-
riè sparsa sunt, in doctrinæ quendam

gyrum redigam) facio quattuor: Exercitum, Ordinem, Coëctionem, Exempla. Priora duae ad R O B V R spectant maximè; tertia ad V I R T U T E M; quarta ad vtrumque. Per EXERCITIVM, intellego, ut electum militem assiduè ad Arma condocefalias & ad Opus. Ipsum nomen ita suadet. nam *Exercitus dicitur, quod melior fit exercitando.*

Varr. IV
De L. L.

*Quod in
misi re va-
ter.* Ipsa res & ratio. Cùm enim ad omnes artes perficiendas ysu aliquo & exercitio opus sit; cur id in istâ militari neglegamus, *sine qua aliae artes esse non possunt?*

Veget. II
in Praef.

*Dat usum
armorum.* Cassius solebat dicere: *Miserum esse, vulcati
cùm exerceantur athletæ, venatores, &
gladiatores, non exerceri milites. qui-
bus minor esset futurus labor, si consuetus
esset.*

Auid. Ca-
sio.

*Dat victo-
riam.* Imò & felicior labor. Nam *in omni
prælio, non tam multitudo & virtus in-
docta, quam ars & Exercitum solent prä-
stare victoriam.*

Veget. I.
cap. I.

Ergo

i. cap.
xxiiii.

Ergo tu curabis, ut siue Legio siue auxilia fuerint, exerceantur assidue.

i. cap. xxix.

Quomodo? Primum tironibus, per Exercer.
cottidiana exercitia, Armorum est demon- Armi n.
stranda doctrina. lites.

Veget. &
alij.

Idque exemplo veteri, à Campido-
ctoribus.

i. cap. iv.

Vt missile, & destinato ictu, & ma-
gnis viribus iacent:

ibidem.

Vt norint tractare scutum, & obliquis
ictibus venientia tela deflectere:

Veget. in
Praef.

Vt militari gradu ambulare celeriter Assuefaci-
& aequaliter discant: di ad ora-
nem.

Vulcat. in
Auid. Cal-
fio.

Sic vt ne locum deserant, ne ordines
turbent.

cap. i.

Denique, vt quaecunque euenire in acie Ad imag-
atque praelitis possunt, omnia in campestri nem. vanc:
meditatione praeponscant. praelitorum

Veget. cap. I.

Liuius
xxvi.

Cui rei vtile, eos interdum interfici, Simulat
in modum iustæ pugnae concurrere: pugna bo-
na.

Ac tum præmium etiam aliquod

proponi, καὶ ταῖς ἴπωναις ταῖς οὖν, ἢ περι
νεγίσα αὐτὸν οὐκέτι ὁ πληπόναις, ἢ περι
περιέσα στρατείαν ἔχοι: Ἐπειδὴ εὐθέως
τυρμῖς, quae equo optimè utentur; Ἐπειδὴ Le-
gionariis cohortibus, quae corpus decentissi-
mè gerent sub armis.

*Exercendi
etiam Opere
multum.*

Hoc Armorum exercitium esto: sed
addo & operis. ut condiscat tiro assidue
Laborare, decurrere, portare pondus, & so-
lem pulueremque ferre.

*Veget. I.
cap. III.*

*Quod cor-
pora firmat.*

Indurant hæc militem: & exercitus

*I. I. I. cap.
XXVI.*

laboro proficit, otio consenescit.

*Et varium
ūsum habet
belli.*

Sed usum quoque sæpe habent, cum
in arduis expeditionibus necessitas immi-
net annonam pariter & arma portandi.

*I. cap.
XII.*

*Præserium
ad castra
firuenda.*

Nec ista tantum, sed castrorum quo-
que munitionem debet tiro condiscere.

cap. XXI.

Eoque fine fossam ducere, & sudes cap. IV.
scienter figere.

Cur pigeat? Nihil neque tam salu-
tare, neque tam necessarium inuenitur in
bello.

cap. XXI.

Sive

Sive ut te tucare, sive ut hostem
 premas & circumualles. Sanè Domi-
 nus ad m-
 ius Corbulo, Dolabrá, id est operibus, ho-
 stem vincendum esse dicebat.
 nationes &
 hostem.

Hæc noua, inquiet aliquis. Imò
 peruertera: nec Romanis tantum vñi-
 tata, de quibus audi Tullium: Qui
*Hac olim
 Romanis
 solita.*
 Cic. II. Tuscul.
 labor, & quantus agminis? Ferre plus di-
 midiat mensis cibaria, ferre siquid ad
 vsum velint, ferre vallum. Nam scutum,
 galeam, gladium, nostri milites in onere
 non plus numerant, quam humeros, lacer-
 tos, manus.

Sed etiam priscis Germanis. è quibus
 Tac. De
 Morib.
 Germ.
*Hac Ger-
 manu, aliis
 que.*
 Catti militem suum, super arma, ferramen-
 tis quoque & copiis onerabant.

Aliis etiam gentibus. Atque hæc
 vera, hæc pulchra militia: non ista no-
 stra, vbi in agmine plus calonum, imò
 & scortorum est, quam militum. Nam
 fossores & eiusmodi operas, deus bo-
 ne, quanto labore querimus, sumptu-
 circumducimus! Sapiamus tandem, &
 cum Pertinace Militemus.
*Nos, heus
 deside!*
*Emende-
 mu.*

Capitol.
 in Pert.

Nec hec credantur esse difficultia, si <sup>Veget. I.
cap. xix.</sup>
v^{er}sus accesserit.

Omne opus difficile videtur, antequam <sup>I. cap.
xviii.</sup>
tentes:

At nihil est, quod non assidua medita- <sup>I. cap.
xix.</sup>
tio facilissimum reddat.

Et cur desperes fieri posse, quae facta <sup>III. cap.
x.</sup>
sunt?

<sup>Ordinari v^{er}sus
in exercitu.</sup> Iam pars altera Disciplinæ, O R D O :
qui multipliciter in Militiâ seruandus.
Primum in digerendis copiis per legio-
nes, cohortes, centurias, decurias. quod
pulchrum; quoniam τέγματα οὐ σε-
πτά, καίλισον μὴ ιδεῖν τοῖς φίλοις, δυχε-
γέσατον τοῖς πολεμίοις; ordinatus exer-
citus, iucundissimus affici amicis, molestif-
simus hostibus.

<sup>Ad dige-
rendum.</sup> Sed & utile. quia acies distinctior & ^{Liu. ix.}
ex pluribus partibus constans, facilis par-
tienti quacunque opus sit, facilis iungenti.

<sup>Ad impe-
randum.</sup> Eademque facilior ad imperia: cùm
miles scilicet centurioni, centurio tribuno <sup>Tacit. I.
Hist.</sup>
obsequitur.

Atque

get. i.
p. xix.
1. cap.
viii.
cap.
ix.
11. cap.
Sen. Ep. Atque ita ordine imperium Ducas si-
mul omnes copiae sentiunt,

Ibidem. Et ad nutum regentis, sine tumultu
respondent.

Tacit. I.
Hist. Certum enim & clarum est, non
omnia omnibus imperanda. sed ita se-
ducum auctoritas, sic rigor Disciplina ha-
bet, ut multa Centuriones Tribunosque
tantum iuberi expediat.

Veget. I.
cap. ix. Iam id quoque videndum, in Itinere
vel in Acie, ut omnes milites incedendi
Ordinem seruent.

Xenoph.
Decon.
cap. xxvi. Ut aequali legitimoq[ue] spatio miles distet
a milite:

Ad ince-
dendum.

Ad standū
in acie.

Ibidem. Nec ultra quam expedit, aut congo-
bent agmen aut laxent.

Grande in his rebus momentum: &
sepe integri exercitus periēre à tali ali-
quā confusione. Esiv oī' οδεν ετως ετ'
ούχενσον, ετε ναλον ανθεφόνοις, εσ n τάξις:
Est vero nihil tam utile aut decorum ho-
minibus, quam ordo.

Denique
cōtra omnē
turbam.

Xenoph.
Decon.

Quem in Castris etiam mihi serua-

Ordo in ipsis
castris ha-
bendus.

ut illa habeant aptā dimensione vias suas, portas, fora: & sint velut ad formam minutæ vrbis. Ibi pro gradu, legationibus, auxiliis, equitibus, & pedestribus, loca in quibus papiliones tendant, deputentur:

Sic ut facile cuique sit & locum suum & commilitones reperire. Nec enim solum per Centurias velim costendere, sed hæ in Contubernia diuisæ sint: ut decem militibus sub uno papilione degentibus unus præsit Decanus, qui caput contubernij nominetur.

Et plura talia, quæ alieno isto & penè arenarum funiculo ægrè necto. tu prompta ea habes apud Polybium maximè, ac scriptores Romanos.

Pars tertia, COERC TIO: quæ mores scilicet militum coercet ac frenat. Nam etsi, nescio quo pacto, assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram:

Tamen custodiendi aliquatenus: aut soluitur militia tua, imò perit.

Tria

Maxime
circa tria.

aut soluitur
militia tua.

Veget. iii.
cap. viii.

Sall.
lug.

Tacit.
Hist.

Indid.

Sen. E.

III. cap.
xiii.

Cassiod.
Var. ep. ii.

Tac.
Hist.

Tria sunt, sine quibus non robur in exercitu, non ordo: Continentia, Modestia, Abstinentia. Seruabis hæc igitur. Continentiam primò, in Cibo & Venere. id est, ne milites tui effusè sint *conuiuvis & ventri dediti, & turpissimæ parti corporis.*

Sallust.
Iug.

Tacit. I I.
Hist.

Indid.

Sen. Ep.

Tac. I.
Hist.

Veget. m.
cap. viii.

I I. cap.
xiiii.

*Vitandus
duplex lu-
xus.*

Vtraque res eneruat: & degenerat à robore ac virtute miles assuetudine volupsum.

Siquid ardoris ac ferociæ habuit, popinis & comessationibus deteritur.

Haud vanè olim dictum: *Vna Annibalem hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus, eneruaerunt fomenta Campaniae. Armis vicit, viuis vicitus est.*

Quæ tu caue. & arce seueriter à castris tuis luxuriosos apparatus conuiuorum, & instrumenta libidinum.

M O D E S T I A M secundò exiges. *Modestia
camque tripliciter, in Verbis, Vestibus, Factis. In Verbis: ne sint vani,
buccā*

*Iustabundi
ediosi.* buccâ turgidi , & quod dicitur , Attici milites . qui in conuiciis & circulis , cum de hostibus mentio incidit , vix manibus temperant :

*Imo &
ignam;* Sed iidem vix vultum eorum sustinent . Nam id euentu semper firmum : Ignauissimus quisque , & in periculo minimum ausurus , nimis verbis , linguae feroce s .

*Veravirtus.
tauta.* Videbisque viros natos militiae , factis magnos , ad verborum linguae certamina rudes esse .

Egregiè noster : Fortissimus in ipso discrimine exercitus , qui ante discriminem modestissimus .

Itemque Philosophus : Οι δὲ αὐ-
δησιοι , εν τοις ἐργοις ὀξεῖς , αρότεροι ἢ
ἥνωχοι : Viri fortes , in opere acres , ante id placidi .

*Facit , non
dicit.*

Quibus scilicet pectus animorum iraq,
tacitae plenum , omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis differt .

Compescere igitur ventosas linguas ,
& cum

Liu. xxxi.

Plutare
Apoph

Homer
Iliad . 2

*Tacit. I.
Hist.*

Sallust
Catil.

Liu. x.

*Tacit. I.
Hist.*

Liu. ix.

Arist.
Ethic.
Nicom.

Ibidem

Liu. vii.

Curt. iii.

Liu*ius*
xxxii.
Plutarc,
Apophr.

& cum Memnone edicito : Pugnare te
conduxi, non conuiciari.

Homer.
Iliad. 2.

Ἐν γῷ Χερσὶ τέλῳ πολέμος, ἐπέκων
δι' ἀνθρώπων:

Lingua in consilio valet, in certa-
mine dextra.

In curia ver-
bu opus, in
pugna ma-
nibus.

Tacit.
Hist.

Ballust.
Catin.

In Vestibus modestiam etiam quæ-
ro. quia etsi melius, eos in decoris armis
& militaribus equis, quam in scortis atque
conuiciis libidinem habere:

Splendor &
iactantia in
vistibus vi-
tanda.

Liu.x.

Tacit.
Hist.

Liu.ix.

Tamen seruari modum valde ap- Miles hor-
probem, & sperni externum omnem
luxum. Magni duces sic statuerunt:
Horridum militem esse debere, non cœla-
tum auro argentoque, sed ferro & animis
fretum.

rcat.

Ibidem.

Quippe illa, prædam verius quam ar-
ma esse: nitentia ante rem, deformia inter
sanguinem & vulnera.

Arist.
Ethic.
Nicom.

Liu.vii. Curt. iii.

Tales prisci illi Macedones, non auro
neque discolori ueste, sed ferro atque are
fulgentes.

Etsi Cæsar in mente aliâ. qui suos
habuit Casar bis
disciplina neglegens.

*habuit tam cultos, ut argento & auro poli-
tis armis ornaret; simul & ad speciem, &
quò tenaciores eorum in prælio essent me-
tu damni.*

*Fortuna
sue confi-
sus.*

Sed nempe Cæsar. qui rigidæ &
priscæ Disciplinæ adeò non retinens, vt
sit iactare solitus, Milites suos etiam un- Ibidem.
guentatos benè pugnare posse.

Tu sperne superuacua nec teneat aut
terreat vanus aspectus, & auri fulgor at- Tacit. in
Agrie.
que argenti: quod neque tegit, neque vul-
nerat.

*Nos matu-
rus arma-
ri pulchre
militem.*

Multo magis hoc vide, vt benè ar-
mati tui sint quàm vt ornatii. Necesse est Veget. I.
cap. xx.
enim, vt dimicandi acriorem sumat auda-
ciam, qui munito capite & pectore, non ti-
met vulnus.

*Hodie ne-
gligitur, ma-
gne malo,*

At nunc (pudor!) grauis pediti lorica Ibidem.
videtur & galea. Ibidem.

Ita fit, ut non de pugnâ, sed de fugâ co- Ibidem.
gitent, qui in acie nudi exponuntur ad
vulnera.

*Patiens de-
bet misericordia.*

In factis denique Modestiam exigo.

vt

*Suet. Iul.
C. LXVIII.*

Curt. I.

*Tac. I.
Hist.*

*Liviu-
xliiv.*

Ibidem.

*Tacit. II.
Hist.*

i. Hist.

Ibidem.

Thuc. V.

uet. Iul.
l. LXVIII.

Curt. III.

ut obnoxij nimirum parentésque sint,
intuenti ad ducis non signum modo, sed
nutum.

Tac. II.
Hist.

Odi curiosos aut refractarios : qui-
que iussa ducum interpretari malunt, quām Non inqui-
sito, aut re-
tractatio.

Ibidem.

Liuius
XLIV.

Benè Æmilius Paullus : Militem hæc Tria eius
munera.
tria curare debere. Corpus ut quām vali-
dissimum & perniciſſimum habeat : Arma
apta: Animum paratum ad subita imperia.

Tacit. in
Agrie.

Ibidem.

Cetera, diis immortalibus & Impera-
tori curæ esse.

Veget. I.
cap. XX.Tacit. III.
Hist.

Enim uero diuisa inter duces milités-
que munia:

Ibidem.

I. Hist.

Illiſ arma & animus ſint: iſtis, conſi-
lium & virtutis ſuæ regimen relinquant. Imperatores
iufio relin-
quenda.

Ibidem.

Ibidem.

Parendo potius, quām imperia ducum Militi ſola
executio.
ſcificando res militaris continentur.

Tacit. V.

Mihi Brasidæ monitum pro pul-
chro: Νομίζετε, ait ad ſuos, εἴ τις κα- Breue, ſed
pulchrum
dogma.
λῶς πολεμεῖν, τὸ ἐδέλειν, καὶ τὸ αἰχματεῖν,

*καὶ τὸ τοῖς ἀρχεστοῖς τέλεσθαι: Censem hæc
esse bona militia, Velle, Vereri, Obedire.*

*Violentia
arcenda à
militie.*

Tertiò ABSTINENTIAM in-
gesi. quâ volo milites à vi rapinísque
abesse, & habere manus puras. Non Cassiod.
permittes milites esse possessoribus inso- v. 1. Val.
lentes. ep. xxiii.

*Nc Preuin-
ciales infe-
stet.*

*Vivant cum prouincialibus iure ciuili,
nec insolefac animus qui se sentit arma-
tum. quia clypeus ille exercitus tui, quiet-
tem debet præstare paganis.* Idem vii
ep. iv.

*Nec paſſim
rapiat.*

Nemo pullum alienum rapiat, ouem ne-
mo contingat, vuam nullus auferat, sege-
tem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo
exigat, annonâ suâ contentus sit. Vopist
in Aut.

Denique ita transeant, ut non modo
manus, sed ne vestigium quidem cuiquam
pacato nocuisse dicatur.

*Veterum his
obſervantia
mirata.*

An rideor? vt nunc mores sunt, cre-
do. At apud veteres tam strictè hæc
in usu: yt memorie tradiderit Scaurus,
pomiferam arborem, quam in pede castro-
rum fuerat complexa metatio, postero
die

Frontis
1 v. Str-
tag. coll.

Vege-
cap. x

Liu. 1

Cic. p.
leg. Mi-
nilia.

Tac. x
Ann.

*die abeunte exercitu, intactis fructibus
relictam.*

Pars vltima Disciplinæ, **E X E M P L A:** quo nomine Præmia intellego, & Pœnas. Nam profectò ad robur & virtutem militum excitandam vtraque hæc valdè possunt. Præmia quidem, si benè meritis ea tribues; & Promotions, Honores, Opes miles sperabit ab insigni aliquo facto. Necessum est acriùs ille dimicet, quem ad opes ac dignitates <sup>Præmii
miles erige-
tur.</sup> ordo militiae & Imperatoris iudicium consuevit euehere.

*Veget. II.
cap. xxiv.*

Liu. I V.

Notum illud est: *Eò impendi laborem ac periculum, unde emolumentum ac honos speretur.*

*Tac. XI.
Ann.*

Et, *Nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus antè prouiderit.*

Itaque Romani hīc mirifici, qui non solum altiores ordines assignabant à virtute: sed etiam publicè laudes cumulabant & honores. donabantque pro concione, hastas, phaleras, coronas.

<sup>annis idem
continetur.</sup> Iam Pœnis quoque omnino opus,
& Seueritas vel efficacissima ad mili-
tiam firmandam. Clearchi vox fuit:

A militibus Imperatorem potius, quam hostem metui debere.

Valer. II.
cap. VII.

<sup>Indulgentia
verniosiss.</sup>

Nam indulgentia & largitio, speciosum
reddunt præsentē exercitus amorem, paulo
latim tamen & occultè militarem discipli-
nam seueritatēmque minuunt.

Cæf. III.
Bell. Ci-
uil.

At delicta militum nullā veniam profe-
qui, usū salubre & misericordiā melius
semper apparuit.

Tac. XIII.
Annal.

<sup>Armati
asperè ha-
bendi.</sup>

Astringe igitur. Aspero & absciso
castigationis genere militaris Disciplina
indiget. quia vires armis constant: que
ubi à recto tenore descierunt, oppressura
sint nisi opprimantur.

Valer. II.
cap. VII.

<sup>Hocq; ipsos
delectat, et si
nō delectat.</sup>

Gaudet eo ipse miles.

-- tam diri fæderis ictu

Lucan. v.

Parta quies, pœnāque redit placata
iuuentus.

<sup>Temporum
tamen in-
spectio est.</sup>

Discrimen tamen aliquod tibi mili-
taris doctor ingerit. Milites, inquit, pœna
& ti

Veg.
cap.

Ide
cap. II.

Veget. III.
cap. vlt. & timor in sedibus corrigunt; in expedi-
tionibus, spes & præmia faciunt meliores.

Dixi de Disciplinâ, vt potui alienis
verbis, distinctè & apertè. Sed iterum
inculco. si plenam legitimamque eam

*Ad Roma-
nos iterū re-
legatus Prin-
ceps.*

*Idem 1.
Cap. lxx.* vis, Disciplinam militarem populi Romani
debēs inquirere, qui ex paruissimis finibus,
imperium suum penè solis regionibus &
mundi ipsius fine distendit.

Idque post Deum, hac vnâ duce.

CAPVT XIV.

Transitum ad Duces. Eos necessa-
rios, non solum vtiles. Duplices
esse. Semper in iis Peritiam ma-
gis quam Virtutem spectari. et
vnum in uno bello esse debere.

DE Militibus, perduxī quò volui:
alteri nunc è Viris stilum & ma-
num meam postulant, id est Duces.
Quos vtiles bello esse quid dicam?
imò necessarios: animam nempe exer-
citus, & vitam ipsam. adeò vt verè

*Ducum ne-
cessitas.*

scriptum sit, Militarem sine duce turbam, Curt. x.
esse corpus sine spiritu:

Et, ut remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore nihil valere. Quinā.
v.

*ut illi, talu-
miles.*

Tanti esse exercitum, quanti Imperato- Flor. II.
cap. xix.

rem, alibi leges.

Benè & peritè iste dirigit: ille bonus.
malè: malus. Itaque tu (quod rarissimum,
nec nisi ratione Discipline concessum) plus
in Duce repones, quam in exercitu.

*Duplici di-
scrimine
Ducis.
Primary.*

Illum ante omnia quæres; talem,
qualem describam. Duo enim genera
Ducum: Primarij, Secundarij. Illi, QVI
S V M M Æ R E I I M P E R A N T ,
S V I S Q V E A V S P I C I I S E T
D V C T V R E M G E R V N T . Isti,
Secundarij. QVI I M P E R A N T I S A L T E -
R I V S N V T V S I V E I V S S V
I M P E R A N T , E T S V O S A L -
T E M D V C T V R E M G E R V N T .

In primâ classe, qui quis Rex aut Prin-
ceps, in suo solo: in alterâ, iij qui ab his
constituuntur Administrî bellorum &
Legati. De prioribus illis, cùm bellū est,

*Supremi
Ducis an-
prauis in-
terfice de-
bent.*

inter

*Tac. De
Morib.
Germ.*

*Tac.
H. R.*

*Pla.
Am.*

*pluta.
Apop.*

*Tac.
Hist.*

*Egesi
cap. x*

Tacit. 11.
Hist. Curt. x.
Quint. v.
Flor. 11.
cap. xix.
Tac. Dt.
Morib.
Germ.

*interesse eos pugnae an seponi melius foret,
dubitare.*

Nec iniuriâ. Adesse enim ipsi rebus
debere videntur. quoniam Pro affirmante.

Plaut.
Amph.

-- *Vbi summus Imperator non adest
ad exercitum,*
*Citius quod non factō est usus , fit ,
quām quod factō est opus.*

Adde , quōd præsentia suâ robur &
vires inspirant militi. nec malè Antigo-
nus olim trepidanti gubernatori (in
nauali prælio contra Ptolemæi duces)
& multitudinē hostilium nauium cau-
santi : Εὐε δέ, ἐφη, ἀντὸν παρέγνω τὰ ωρὸς
πόσιας ἀνταθεῖς ; Me verò ipsum, inquit,
præsentem cum quo comparas?

Tac. 11.
Hist.

Rectè. sed tamen altrinsecus cauſa Pro negatione.
ambigendi etiam : quia tutius videtur,
ut ille summus dubiis præriorum exem-
ptus , summe rerum & imperij seipsum
referuet.

Egesip. v.
cap. xxx.

Nam in milite, unius fors est ; in Im-
peratore, uniusorum periculum.

Solutio.

Ego distin&tiunculâ rem expedio.

Aliquando
interficit.

Nam si status imperij, aut salus prouinciarum in discrimine vertatur, debebit in acie stare.

Tac. IV.
Hist.Aliquando
abfit.At censeo minora bella, minoribus du- Ibidem.
cibus deleganda.Sal
Iugv. I
cap

Non enim decorum Principi, si una alterave ciuitas turbet, omitti urbem unde in omnia regimen.

III. Ann.

Ergo interdum ibit ipse, interdum mittet. Pluresne? nihil impedit: sic tamen ut imperij militaris summa sit penes vnum. Semper enim reperies *μέγα* Thuc. v.
βλάψας νοι τὸ πλῆθος τῶν σερπιών, οὐ
τὴν ἀναρχίαν: Plurimum nocere & multi-
tudinem imperantium, & regimen nul-
lum aut incertum.

Expositio ta-
men plures
Duces.

Nec de nihilo inualuit adagio:

Πολλοὶ σεανηγόι Καρίας ἀπώλε-
σαν: Proue-
bialis ve-
sus.

Multi imperantes perdidere Ca-
rium.

Semperq;
vni bello u-
nus prae-
ciendus.

Ergo legendus aliquis vnuis peritus,
pru

Sallust.
Iug.

prudens. ne quem tu imperare iusseris, is
sibi alium imperatorem querat.

ac. iv.
ist.

v. Polit.
cap. ix.

bidem.

II. Ann.

Miles po-
tius. quan-
vir bonus,

Nam peritiæ potissima hîc ratio. &
rectè Aristoteles : Εν τῇ σεατηγίᾳ, εἰς τὴν
ἐμπειρίαν μᾶλλον δῆι βλέπειν, τὸν δὲ επῆς:
*In bellicâ Prefecturâ maior aspectus ha-
bendus Peritiæ, quam Virtutis aut morum.*

CAPVT XV.

Boni Duci*τεκμήρια* sive Note.
quinq*ue* eas videti: quas ordine
explicamus.

SED ut totum hoc magis tibi rese-
rem, & clariss liqueat qui utiliter
capiendi: ego tibi veros germanosque
Duces & eorum partes, paucis nec va-
nis coloribus depingam. Tu da mihi
mentem, & quod in sacris olim accla-
mari solitum. Hoc age. Ego in legitimo
Duce quinque hæc requiro: Scientiam,
Virtutem, Prudentiam, Auctorita-
tem, Fortunam. SCIENTIAM: nempe
ut artis suæ gnarus sit, & qui militiam
longo ysu combiberit, non auditione

*Quæ spe
etanda in
bono Duce.*

*1. Scientia
sive peritia.*

solum aut lectione. Qui plures, inquam, Tacit. III.
Ann.
per prouincias stipendia expluerit:

Et nullum genus belli sit, in quo illum Cic. pro
Manil.
non exercuerit fortuna.

Qui norit, quis ordo agminis, quæ Tacit. III.
Ann.
cura explorandi, quantus urgendo tra-
hendove bello modus.

Qua ferè
a pericolo
veriusque
fortuna. Qui secundarum ambiguarūmque re- 1. Ann.
rum sciens, eoque interitus.

Nam isti assidue in rebus prolixis
& lœtis, displicant. nec temere aduersa Liu. xxx.
casuum reputat, quem fortuna nunquam
decepit.

II. Virtus. VIRTUTEM secundò adiungo:
& intellego Corporis ingeniique vigo-
rem quendam, & simul Animi probi-
tatem. Vigorem in his talibus. vt alacer
actusque
sit. vt exer- Tacit. XII.
Annal.
ceat legiones etiam sine bello; curâ, prouisu-,
perinde agat, ac si hostis ingruat.

Ipsemet plerumque in opere, in agmi- v. Hist.
ne, gregario militi mixtus, incorrupto
ducis honore.

Qui

sil. 1.

Liu. 1.

Lucan.
de C.
ne.

Cic.
leg. M.
nilia.

Ibidem

Ibidem

Qui ausit

Sil. I.

-- primus sum pessime labores,
Primus iter carpe sive pedes.

Suis pra-
eat, & verè
ducat.

Liu. VII.

Quique adeò de se possit effari : Fa-
cta, non dicta mea, vos milites sequi volo:
nec disciplinam modo, sed exemplum etiam
a me petere.

Lucan. IX.
de Cato-
ne.

Ipse manu sua pila gerens, praece-
dit anheli
Militis ora pedes, monstrat tole-
rare labores,
Non iubet.

Cic. pro
leg. Ma-
nilia.

Denique breuiter ; cui adsit *Labor*
in negotio, *Fortitudo in periculo*, *Industria*
in agendo, *Celeritas in confiendo*.

Ibidem.

At Animi virtutes adhibendæ etiam
quædam sunt. Non enim solum bellandi
virtus in summo atque perfecto Impera-
tore querenda est, sed multæ sunt partes
eximiae, huius administræ comitésque vir-
tutis.

Internas
etiam vir-
tutes ha-
beant,

Ibidem.

Quantâ Innocentia debent esse Impe-
ratores ? quantâ omnibus in rebus Tem-

perantiā? quantā Fide? quantā Facilitate?
quantā Humanitate?

Quæ nisi aut omnia, aut pleraque
habeat, non ego possum Imperatorem in Ibidem
aliquo numero putare.

III. Pro-
nud
videntia.

Cantus esto.

At tertio PROVIDENTIAM lau-
do: id est, cautos cunctantésque duces,
nullo loco, nisi quantum necessitas cogat,
commissuros se Fortune.

Livius
xxii.

Sperno equidem istos ferociter omnia Indidem
ac præproperè agentes:

Etsi calidos
amat vul-
gus.

Et contemnendis, quam cauendis ho- Tac. iv.
Hist.
cittad.
- illa.

Tac. iv.
Hist.
cittad.
- illa.

Etsi grati sçpè vulgo. quoniam sto- vi. Ann.
lidis aut barbaris cunctatio seruilis; sta-
tim exsequi, regium videtur.

Ac sancè si militaris suffragij res sit, Liu. xxv
haud dubie Minutum aliquem Fabio pr.e-
ferant ducem.

Sed Tem-
ritas ali-
nißima à
Duce.

Non tu sic despies. magisque cum
Augusto, Nihil minus in perfecto duce,
quam festinationem temeritatēmque con- Suet. Aug.
cap. xxxi.

(-)

Et

Pluta-
li Se-

Cate-
pud
get. I.
xiii.
Pluta-
Apop-

Liu. x

Lib. ii

Plutarch.
in Sert.

Et cum Sertorio, Οὐδὲ δῆ τὸ σεχτηγον
κατόπιν μάγλον ἢ καὶ αρέσωπον βλέπειν:
Quod oporteat ducem respicere magis,
quam prospicere.

Ianus ille
est.

Ibidem.

Cato a-
pud Ve-
get. i. cap.
xiii.

Præliorum enim delicta emendationem
non recipiunt.

Livius
xxii.

Plutarch.
Apophr.

Et ut ille aiebat, Οὐκ εἴσιν ἡνὶ πολέμῳ
σίς αἱμορραῖς: Non licet in bello bis peccare.

Indidem.

Liu. xxii.

Atqui peccat penè necessariò, qui
festinat. Temeritas, præterquam quod ful-
ta est, etiam infelix.

Nam pro-
peri, ruunt.

Tac. IV.
Hist.

vi. Ann.

Liu. xxx.

Suet. Aug.
cap. xxx.

Lib. iii.

Nónne exposita ad omnes laqueos?
Polybius pulchrè: ἀροποτειά γε μὲν καὶ
θεασύνης καὶ θυμὸς ἀλογος, ἐπὶ τὸν νεοσο-
χεῖαν τὸν τύφον, σύχειαν τὸν τοῖς ἔγθεοῖς,
δημοφαλέσαται τὸν φίλοις. ἀρὸς γὰρ πᾶσαν
δημιουρήν, συνεδραν, απάτην ἔτοιμος δύε
τοιετόν: Celeritas & Audacia & Impetus
prater rationem, & Vanitas ac typhus, ho-
stibus quidem opportuna, noxia vero ma-
xime amicis. Nam ad omnes insidias, fran-
des, atque astus obnoxius est hic talis.

Quod si tamen non labitur: quid
effi

*Agunt non
parant.* efficit: parum. & Temeritas ubi primum Curt. iv.
impetum effudit, sicut quædam animalia,
amissō aculeo, torpet.

*Lenti, fir-
miores.*

Ergo omnino ex Euripidæo scito,

*Ασφαλῆς μὴν ἐστὶ αὐτείνων, οὐδὲ
οὐς σεαπλάνεις:*

Melior est Dux circumspectus, quam
projecte audaculus.

Sine timidum, pro cauto; tardum, pro
considerato; imbellem pro perito belli vocet:

Sine laeti sint in vulnis milites, fero-
ciâ ducis.

Efficaciores. Malo te sapiens hostis metuat, quam Indid.
stulti ciues laudent.

Ista nubes, quæ sedit in montibus, solli-
citata procellâ aliquando imbre dabit.

Non enim ego ut nihil agatur, moneo:
sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna.

*IV. Edici-
tas.* Quanquam vtinam & ista adsit!
Nam quarto loco in Duce desidero
FELICITATEM. Ea sanè comes
ferè consilij & rationis est, sed tamen
paullo

Euripid.
in Phœ-
nisi.

Cic.
leg.
nil.

Pro-
biatis
sus.

In E-
nom.

Eustati-
i, illi.

Ex Ag-

Cic.
Manili.

Ibidem

Curt. IV.

paullo benignius quibusdam attributa
 à Deo. Ille vnuſ eius auctor : *eamq[ue] p[ro]e-*
stare à ſcipo nemo potest. *Quia à calo*
eft.

Euripid.
in Phoen.

Prouer-
biauſver-
ſus.

Θεῖς δὲ δωροῦσιν θυγατρές :
Felicitas est munus à ſummo deo.

Liuius
XXII.

In Epi-
nom.

Etsi igitur Prouidentia potens valde
 ad ſuccellum : tamen ego cum Platone
 cefeo, *γεννημάτῳ τεχνών θυγατρας τολέ-*
σινς δεοδύλων : militarem artem plurime
fortunae egentem.

Indid.

Eustath. in
11. Iliad.

Sunt enim quidam profecto ēv τε-
τεράδι γυναικείτες : quartā lunā nati. *Minimè*
quibusdam
attributa.

Indid.

Ex Agel.

Qui domi habent equum Seianum.

Indid.

Cic. pro
Manil.

Adeò cuicunque rei manum aut
 mentem admouent, ea fe auertit. Con-
 trà alij, *qui bus etiam venti tempeſtates* *g[ra]tia*
obſecundant. *Alliis velut*
atnata.

Indid.

Ibidem.

Itaque in Ducibus diligendis, hanc
 quoque ſortem aspiciam. & exiftimo
 olim Maximo, Marcello, Scipioni, Mario,
 & ceteris magnis Imperatoribus, non
 ſolum propter virtutem, ſed etiam pro-
 pter Fortunam, ſepiuſ imperia mandata
 atque

atque exercitus esse commissos.

V. Aucto-
ritatis.

Postremum AVCTORITATEM

requisui. Vehementer enim pertinet ad
bella administranda, quid hostes, quid so-
ciij, de Imperatoribus existiment.

Cic. pro
leg. Ma-
ria.

Tacit.
Hist.

* Dixi lib.
IV. cap. IX.

Serueritas
eiusmodi.

etiam gloria.

Ea *proles maximè Felicitatis vide-
tur: tamen apud Tuos etiam paranda
ab astriktâ quâdam imperij formâ. Ve-
getij monitum prudens: Dux, inquit,
Auctoritatem maximam serueritate sumat,
omnes culpas militares legibus vindicet,
nulli errantium credatur ignoscere.

Dux faci-
lē, miseric.

Nam faciles profectō isti & mites,
vilescunt. Benē olim Scipio: τὰς μὲν Appian.
ἀντηγέας καὶ εὐόμινος τὸν σεαποτῶν, τοῖς
οἰκείοις τὰς ἐδέχεται καὶ φιλοδώρες, τοῖς
πολεμόις εἴδι χρησίμες: Ducum austeros
& rigidos, suis: at faciles & largitores,
hostibus esse utiles.

Iberic.

indider.

Curt. III.

Tacit. I.
Ann.

Curt. III.

Cent. septu-
suis.

Quid ita? τὰ δὲ σεαπόπεδα τοῖς μὲν Ibidem
εἴδι περιστορά τε καὶ κατεφευγτικά.
τοῖς ἐσιθεσπά μὲν, οὐ πειστή ἐκαὶ πα-
σιν ἔτοιμα: Nam ipsis quidem (facilibus)
mili

milites delectari videntur, sed eosdem contemnunt: illos (austeros) auersari, sed ipsorum obediunt & per omnia parent.

Tacit. I.
Hist.

*Imò reuera nec militibus quidem isti
ingrati, eandem virtutem admirantibus
cui irascuntur.*

Indidem. *Præsertim si temperetur interdum
aliquâ comitate. Nam fauorem militum
ut largitione & ambitu male acquiras, ita
is per bonas artes haud spernendus.*

Curt. III.
II. cap. 2.

*Vti sunt, Exercitatio corporis inter
ippos, cultus habitusque paullum à priuato
differens.*

Tacit. I.
Ann.

*Item, ut quis inops aut saucius, vestem
& fomenta dilargiri:*

Curt. III.
Ibidem

*Aliisque vel ingenij dotibus vel animi
artibus, ut pariter carus ac venerandus sis,
efficere.*

CAPVT XVI.

Confilia necessaria bello esse. Eorum specimen siue gustus, itemq; monita, quæ usui Ante pugnam, et In pugnâ.

Confiliorum utilitas.

AC de Vitis, vniuersè iam absolute: Consilia superant, ultimum sed necessarium Belli instrumentum. Quid sine iis Apparatus omnes sint? fumus. quid Viri? funus. Nec verbis ostendi opus: Periculo atque negotiis compertum est, ingenium in bello plurimum posse.

Imperatores ea necessaria via.

Videbisque magnos Duces plura Tac. II.
Ann. consilio, quam vi perfecisse.

Ideò Cæsar definiit, Non minus esse Imperatoris consilio superare, quam gladio.

Et Carthaginenses, Duces bella prauo consilio gerentes, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebant. quod bene gesserant, deorum immortalium

valet. II
cap. VII

Thuc.

Sallust.
Catil.

Apud
lust. a
Cæs.

Liviu
xxii.

Cæs. C
v. I.

Cic.
Marce

*taliū adiutorio; quod male commiserant,
ipsorum culpæ imputantes.*

Nec sanè immeritò. Nam etsi *muli-*
Cef. Con. vi. *tum cum in omnibus rebus, tum in re mili-*
tari potest fortuna,

*Eneatus ple-
runque ab
illu.*

Cic. pro
Marcel. *Et quidquid est prosperè gestum, id
penè omne dicit suum:*

Tamen profectò Consilij quoque
magnæ & validæ hīc partes sunt: ab
eoque bono, illa ferè bona. Quo ad-
spectu dixit Attius, *Fabrum esse suæ
quemque fortunæ.*

Apud Sal-
lust. ad
Cef.

Livius
xxii.

*Et Fabius: Bono Imperatori haud
magni momenti fortunam esse: mentem
rationemque dominari.*

Ibidem.
1. Comm.
Bel. Civ.

Consilia igitur adhibenda. sed quæ,
aut quomodo? ægrè dixerim. Nam
*Consilia magis res dant hominibus, quam
homines rebus.*

*Temē certa
præribere,
arduum.*

Valet. II.
cap. VII.
Thuc. I.

Iis te aptare debes: præsertim in bello.
*Ηύισα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ρυτοῖς χωρεῖ, ἀντὸς
ἢ ἀφ' ἀντῆ τὰ σωληνά τεχνᾶται τῷρες τὸ
Ὄδανυγχένον: Minime omnium enim*

bellum ex decretis procedit, sed ipsum ex
se multa inuenit, & ut res sunt natæ.

*Et nonnemo
in me car-
pat.*

Sed nec decorè satis dixerim. An
ego iam nunc locatus in urbe sciam, quæ Liu. xxii
tibi armato gerenda sint? Liu. xxii

Veg.
cap. xx

Ridear, nec immerito aliquis me
dixerit delirum illum Phormionem.
Itaque nunquam hoc mihi sumam,
ut tanquam è sublimi, Sagatis aut Pa-
ludatis, in Togâ meâ præcepta dem:
*Specimen
eorum da-
mum.* sed saltem ex magno Consiliorum
aceruo pauca feligam, & velut pugno
præferam in exemplum. Quod tamen
*Consilia no-
bus duplicita.* ut partitè & methodo aliquâ fiat, distin-
guo Consilia, in Recta & Obliqua.
Illa appello, QVÆ PLANAM ET
MILITAREM VIAM INEVNT:
Hæc, QVÆ OCCVLTAM, ET
FRAVDIVM ATQVE ASTVS
SEMITA GRASSANTVR. Prio-
ris generis hæc sunt.

Id. lib.
xxviii

Curt. v

Liuui
xxviii.

Tac. xi
Annal.

xii. Ann.

*Occasionis
principia.*

OCCASIO in bellis obseruanda.
κερατὶ δὲ ὅπῃ πάντων μὴ τὸν ἀνθεγο-
πέλων ὁ καρδὸς, μάλιστα ἢ τὸ μολεμένων:
Valer In Agric.
col.

Polyb.

Valet verò in omnibus humanis rebus &
pollet Occasio, sed maximè in bellicis.

Veg. III.
cap. xxvi.

Liu. xxii. Occasio in bello solet amplius iuuare,
quam Virtus.

Liu. xxiii.

Itaque armatus intentus ḡsis, ut neque illa arri-
tuæ occasione desis, neque suam hosti des. pienda.

Id. lib.
xxviii.

Ita est viri & ducis, non deesse Fortunæ
præbenti se, & oblata casu flectere ad con-
siliū.

Curt. viii.

FAMÆ seruendum. Nam FAMÀ Fama ra-
bella constant, & saepe etiam quod falso
creditum est, veri vicem obtinuit. tio altera.

Liu. us
xxvii.

Fama bellum conficit (ait aliis,) & Cuius me-
parua momenta in spem metumve impel-
lunt animos. mentum in
bello.

Tac. XIII.
Annal.

Præscriptim sub initia. & Fama in no-
uis cæptis validissima est:

xii. Ann.

Primisque euentibus, metus aut fidu-
cia gignitur.

Polyb. In Agri-
col.

Scito igitur instandum famæ; & prout
prima cesserint, fore uniuersa.

Nec tamen ^{semper au-} Sed FAMÆ etiam N O N seruien-
dienda. dum : in ipsâ , inquam , ratione gerendi
belli. In eâ enim aduersus famam rumo- ^{Liu. xxii.}
resq; hominum firmus stabis.

^{Magis re-} Et quæ probanda sunt , non quæ utique ^{Vell. n.}
^{Et a ratio.} probabuntur , sequeris ,

Nec unquam consilia Ducis , iudicio ^{Ibidem}
exercitus ; sed exercitus , Prouidentia Ducis
regendus est.

Malè imperatur , cùm regit vulgus ^{Senec.}
Duces. ^{Oa.}

Scito militibus cupidinem pugnandi
conuenire ; Duces , prouidendo , consultan-
do , cunctatione sèpius quàm temeritate
prodeße.

^{A mala in} SECVRITAS fugienda. Nemo ce- ^{Vell. n.}
^{bello Secu-}
^{ritas.} lierius opprimitur , quàm qui nihil timet.

Et frequentissimum initium calamita- ^{Indice}
tis , Securitas .

^{Hostiumq;} Sæpe & contemptus hostis cruentum ^{Liu. xx.}
^{contemptus.} certamen edidit , & incliti populi regesq;
perleui momento victi sunt.

Nihil

Curt.

Liu. v.

Cæs.
Civil.

Liu. xx.

Æm.
Prob.
Thras.

Id. in
lop.

Liu. xx.

Ibidem

Curt. vi. *Nihil tutò in hoste despicitur. quem spreueris, valentiorem neglegentia facies.*

Iu. xxii. Liu. vi. *Itaque ego ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctor sim.* Mentens quadam cura sit.

Vell. II. Cæs. Bel. Civil. *Sæpe in bello, paruis momentis, magni casus intercedunt.*

Ibidem. Liu. xxv. *Et nihil tam leue est, quod non magna interdum rei momentum faciat.* Nihil paruum in bello.

Senec. Oæ. Emil. Prob. in Thras. *Quò magis præceptum illud in omnium animis esse debet: Nihil in bello oportere contemni. nec sine causâ dici, Matrem timidi flere non solere.*

Tac. III. Hist. Id. in Pe-
lop. *Incredibile est, Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse.* Fiducia sè-
per noxia.

Vell. II. Liu. xxii. *I N Q V I R E N D V M in omnia. Exploratio
Tuum, & hostium exercitum, locorum si-
tum, naturam regionis nosce.* in hostiis uti-
lis.

Indider. Ibidem. Liu. xx. *Pulchrum in Annibale elogium:
Omnia ei hostium, haud secùs quam sua,
nota erant.*

Displacet illud Spartanorum : qui
Y 3

Qui, quales, quantiles interrogare soliti, Oὐχ ὅπόσοι εἰσίν, ἀλλὰ πᾶς εἰσίν: non quo^t essent, sed ubi essent? Plutarchi in Agi & Cleo.

Prætumidum est. Ille difficile vinciatur, qui de suis & aduersarij copiis verè potest iudicare. Vegetius cap. XXVI.

Maxime, eiusmodi ipse Dux! Sed in primis Ducis ipsius ingenium nosce. Οὐ γὰρ εἰνὸς ἀλλως εἰπεῖν, ως εἴ Polyb. III.
πις οἰταγ κυειώτερον τη μέρες ἐξ) σερπίας τη γνῶναι τὴν ἀροδίεσσιν καὶ φύσιν τη τὸν θιαρτιῶν ἡγεμόνα, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωτα: Nec enim aliter ego dixero, quam si quis censet aliud magis proprium esse boni Ducis officium, quam hostium Imperatoris ingenium naturamq; nosse, errare eum, imo insanire. Veg. cap. I.

Eiusmodi etiā hostes. Inquire & ir mores naturamque hostium. Nam quorundam in impetu vis est, qui paruā iidem morā languescunt. Liu. XII.

Vt plerique Barbari. quorum imperiū acres cunctatione languescunt, aut in perfidiam mutantur. Tac. XII. Ann.

Eorum si- des tentan- da. Hoc quoque tenta. nocte moras, multa locos, & missis (nempe occulte) corru

Ibidem

luteach.
Agi &
leo.

eget.in
ap.xxvi.

olyb.m.

corruptoribus, exuendam ad fidem hostes
emercare.

De Mo-
rib.Ger-
man.

Aut certè dispara eos & diuelle. *Nihil præstare maius Fortuna potest, quam hostium discordiam.*

Veg.111.
cap.1x.

Atque inter eos discordiarum ferere
causas, sapientis est Ducis. Nulla enim *Oraculum,*
quamvis minima natio (ô verbum no-
tabile!) potest ab aduersariis perdeleri,
nisi propriis simultatibus se ipsa consum-
perit.

Videndum *Q V A N D O* pugnes. Me *Temppestinæ*
iudice, nunquam temerè.

Claud.

-- *Ductorque placebit,*
Qui non præcipiti rapiet simul
omnia casu;
Sed qui maturo vel lata vel aspera
rerum
Consilio momenta regens, nec tristis-
bus impar,
Nec pro successu tumidus: spaciūm-
que morandi,
Vincendique modum, mutatis no-
scet habenis.

Id est, raro.

Paullus Aemilius dixit, Perraro ni- Sempro.
mis, bonum Imperatorem signis collatis apud A-
decertare, nisi summa Necesitudo, aut gel. No-
summa ei Occasio data esset. xium lib.
XIII. c. iii.

Cæsar Augustus dixit: Prælium aut Sueton.
bellum nunquam suscipiendum, nisi cum cap. xxv.
maior emolumenti spes, quam damni me-
tus ostenderetur.

Incerta
enim illa
alea.

Ἄδηλα τὸ τῆς πολέμων, οὐδὲ ὅλη - Thuc. II.
τὰ τῆς πολλαί, οὐδὲ διόργυνται οὐδὲ πολεμήσονται
τῶν). πολλάκις ἐπὶ τῷ ἔλασον τολμήσονται
διδίος, αἷμαν θυμάστο τοὺς τολμόντας, πλὴν
τὸ κατέφεγντας απαρεγούσθες φρέσχος:
Incerte enim res bellicæ, & multa ex
paruo, & aggressiones ferè per impetum
fiunt. Sepe autem vel minor multitudo
maiorem propulsavit ac vicit cum metu
incedens, quoniam hæc ob contemptum
imparior est.

Incerti exitus pugnarum, & Mars Cic. pri-
communis: qui sæpe spoliantem iam Mil.
& exultantem euertit & perculit ab
abiectione.

Ergo hic lentè, præsertim aduersus
ho

Liu.

Idem x

Ibide

Ibide

Tac.
Hist.Liu.
xxii.Xeno.
VII. P.Tac.
Hist.

Liu. x

- Sempro.
oud A-
el. No-
tium lib.
III. C. III.
- Liu. vii. *hostem, quem Tempus deteriorem indies & Locus alienus facient:* Alia magis
via debel-
landus ho-
stus.
- Idē xxii. *Qui in hostili est terrā, inter omnia
inimica infestáque:*
- Ibidem. *Quem nullae urbes accipiunt, nulla
mænia:*
- Ibidem. *Hunc talem dubitas quin sedendo su-
peraturus sis?* Morā sepe
frangendus.
- Thuc. II.
Hist.
- Tac. II.
Hist.
- Liu. viii.
xxii.
- Xenoph.
vii. Pzd.
- Cic. pro
Mil.
- Liu. xxii.
- Multa bella impetu valida, per tædia
ac moras euauere.*
- Nec de pugnâ tamen semper ab-
nuo. Nam stultitia sit, sedendo ac votis
debellarī credere posse:* Tamen in-
terdum &
pugnâ.
- Kaī cū ταῦ μέλλειν πολλάνις τοῖς ἀρ-
χεσι η̄ τη̄ καλῆς φύσεως διλοικτάντι:
Et in tardando, s̄epe Ducibus etiam optimi
Apparatus pars aliqua perit:*
- Sed consilio & iudicio, rem mitti in
discrimen iubeo.* Idē pro re
& temporis-
bus.
- Nempe si in arcto tuæ res: non com-
meatum, non supplementum, non pecu-
niam habeas.* Purā si diu
subsistere nō
potes.

Cum bonis diis educ in aciem, co-
piamque pugnandi facito.

In rebus asperis & tenui spe, fortissima
quæque consilia tutissima sunt.

Et, ut poëta quoque monet,

Capienda rebus in malis præceps
via est.

*Aut si me-
riùs praefu-
mu victo-
riam.*

Aut, si tua pars palam potior, de
quo tamen seriò, & nihil tibi blan-
diens, cognosce. *Dux vigilans, sobrius,* Veget. III.
cap. IX.
*prudens, tanquam de ciuili causâ inter
partes iudicaturus, adhibito consilio, de
suis & aduersarij copiis iudicet. Et si mul-
tis rebus superior inuenitur, opportunum
sibi ne differat conflictum.*

*Aliás, no-
xia semper
pugna.*

Aliter, neutquam mihi placeat, quando
nulla cogat res, committere se Fortune.

Sanè isti, qui magis animis quam viri-
bus freti, ad certamen descendunt,

Festinatum temere prælium pari for-
midine deserunt.

Quid si & in Diuina modicè inquiras?
modi

Indidem.

1. Hi
xxv.

Curt.
Sen. Aga-
mem.

Tacit.
Hist.

Amm.
xxi.

Veget.
cap. x.

Id. II.
cap. ix.

modicè dico, & sine superstitione. Haud spernenda omnino videntur *cælo ter-
raj prodigia, & fulminum monitus, &
futurorum præfigia, lœta, tristia, ambigua,
manifesta.*

*Prodigiis
habenda ra-
tio.*

Curt. III. Imò nec Somnia. Nam *instantibus
curis, agitant sàpe per somnum species im-
minentium rerum: siue illas ægritudo, siue
diuinatio animi præfigientis accersit.*

*Fortasse &
Somniiorù.*

Tacit. I.
Hist.
ap. ix.
egit. III.
Amm.
xxi.

Sanè ego te nolim *contemptorem ta-
lium, ut fortuitarum.*

Nam amat Benignitas numinis, seu quòd merentur homines, seu quòd tangitur eorum affectione, his quoque rationibus prodere quæ impendent.

Videndum Qvomodo pugnes.
Captanda primò Tempora. vt *impara-
tis, cibum capientibus, in itinere laßis, equos
suos pascentibus, ac nihil tale suspicantibus
superuenias.*

*Pugna in-
eunda ra-
tio.*

Id. III.
cap. px.
Facit. IV.
Hist.
iu. vii.
adidem.
adidem.
Facit. IV.
Hist.

Boni enim Duces, non aperto Marte, in *Subito assi-
quo est commune periculum, sed ex occulto ex insidiis.
semper attentant.*

Quo

Quo casu, tui audent, illi trepidant.
cauendumq; ne dubitantem aut formidan- Ibidem.
tem exercitum ad pugnam publicam ali- Curt.
quando producas.

Nisi quòd simulare metum, inter- Tacit. II.
dum haud malum: & spe victoria in- Ann.
ducere, ut vincantur.

*Aut cum
opportunitum
se dat hosti.* Item illud vtile, videre quando ho- 11. Hist.
stis imprudentia ruat, & (quod loco sapien- cap. x.
tiæ est) alienam stultitiam opperiri.

Oīσις ἦ τὰς ἀμάρτιας τῶν ἀνθρώπων, Thuc.v.
καλλισταὶ ιδῶν, καὶ ἀμφα πόρος τῶν ἑαυτῶν
διωάμεν τῶν δημοχείρων ποιεῖται, μὴ δύο
τῆς περιφερᾶς μεῖλον καὶ αὐτοπεριβλέπε-
ται, οὐδὲ τῆς περιφερᾶς τὸ παρὸν ξυμφέρει-
ται, πλεῖς ἀνορθοῖτο: Quicunque pec-
cata aduersariorum optimè videt, & si-
mul pro suā copiā eos aggreditur, non tam
ex aperto & quasi acie palam instructā,
quam ex usu præsenti, plerumque huic res
succedat.

Ad summam, cùm id potest, Tem-
pora obserua. quia si in occasione mo- Liu. xxv.
mento, cuius præteriuolat opportunitas,
cuncta Veg. cap.x.

cunctatis paullum fueris, ne quicquam mox
omissam querare.

Curt. vii. Dixi cùm potest. Nam certè Necessitas ante rationem est, maximè in bello.
quod raro permittit tempora legere.

Veg. 111. Secundò Locus considerandus: utru^m Loca habent
da ratio.
cap. ix. inimicis, an tibi videatur accommodus.

Hic quoque enim momentum, &
cap. xxvi. amplius prodest Locus sàpē quam Virtus.

Exempli caussâ. Si equitatu audemus,
campos debemus optare: si pedite, loca eli-
gere angusta, foësis, paludibus, vel arbori-
bus impedita.

Sàpē ctiam iuuat, si is ita captus, vt
Tac. 11. tuis sit necessitas in loco, spes in virtute,
Annal. salus ex victoriâ.

III. Hist. Sanè propinqua munimenta aut mœ-
nia, quanto plus spesi ad effugium, minorem
ad resistendum animum dare solent.

At tertio, momentum vel maxi-
mu^m in Acie. quæ si sapienter disponi-
Veg. 111. tur, plurimum iuuat: si imperite, quamvis
cap. xiv. opti Instruc-
tio-
nis habenda
ratio.

optimi bellatores malâ dispositione franguntur.

Varia de eâ præcepta : quod melius
illo Homericô?

*Homericus
acies erde.*

Ιππῖναις μὴ τερρα σω̄ ἵπποισιν Iliad. el.

καὶ ὄγεσφι,

Πεζῆς δὲ ἔξοπλῶν σῆσεν πολέας τε
καὶ ἐστλάς,

Ἐρχόμενοι πολέμῳ κακὺς δὲ ἐς
μέσον ἐλθασεν,

Οὐρανῷ σὺν ἑδέλων τις ἀναγκαῖη
πολεμῆι.

Atque Equites posuit cum Curribus
ordine primo:

At Peditum à tergo florémque &
robora, belli

Munimem septúmque : sed in me-
dio agmine viles

Ignauosque , uti vel nolentes de-
pugnarent.

*Subsidia
semper ba-
benda.*

Cui accedit militaris Doctor. Ad *vigeret III.
victoriam*, inquit, plurimum confert, ut
lectissimos de peditibus & equitibus habeat
Dux post aciem in subsidiis præparatos.

Imò

Thuc.

Veg.
cap. xx.

Plutar.
Caton.
maior

Tac. L.
Morib.
Germ.

Curt. vi.

Tacit.
Hist.

Thuc. v.

Imò quasi in insidiis. τὸν δὲ θηρίον ὑστερον, δεινότερον τοῖς πολεμίοις ἐπαρόνται μαχομένοις: Nam qui superueniunt, terribiliores sunt hosti, iis qui in manibus sunt & pugnant.

iad. s. Inopinata
terrent.
Veg. 111. cap. XXVI. Inopinata
terrent.

Cauſſa. quia inopinata maximè mouent: &c, vt ille ait, *subita conterrent hostes, usitata vilescent.*

Ita clamor aliquis repentinus, aut imago & aspectus, fugâ ſepe exercitum plutar. in Catone maiore. impleuit. καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξίφες μάλλον ναζαπλάνθεται τὰς ἀναγνώσεις: & hæc talia, magis quam gladius, conſternant hostem.

Tac. De Morib.
Germ.

Primi in omnibus præliis oculi vin- obſerua-
cuntur:

Curt. IV. Siue etiam Aures. videbíſque militem vanis & inanibus magis, quam iustis formidinis cauſſis moueri.

Vergil. m.
cap. XVII.
Tacit. III.
Hist.

Noto amplius. in ſtruendâ Acie ple- rumque utile, per gentes eam natio- nēſque disponi: cùm ob alias cauſſas, tūm ut discretus labor fortes ignauōſque diſtinguat, atque ipsā contentionē décoris accendantur.

Dividenda
per nationes
acies.

Idque

Idque ita, ut exteri aut mercenarij proximi sint discrimini: tibi scilicet *ingens victoriae decus, citra domesticum sanguinem bellanti.*

In Agri-
col.*In tempore
instruenda.*

*Semper autem studere debes, ut prior <sup>Veget. III.
cap. XVIII.</sup> instruas aciem.*

Causâ dupli. primùm, quia ex arbitrio tuo potes facere, quod tibi utile indicas, cum nullus obſtit.

Ibidem.

Deinde, quòd & tuis auges confidentiam, & aduersariis minuis. quia fortiores videntur, qui prouocare non dubitant.

*Plus animi est inferenti periculum, <sup>Livius
XXVIII.</sup> quam propulsanti.*

*Dux sit eō-
fidens &
laetus.*

Quòd valde item pertinet, si antè & in pugnâ Dux alacer, ardorem animi vell. 11. vultu oculisque præferens.

Quid enim audeant, si te videant segnum, & velut animi captum, huc illuc clamoribus circumagi?

Hist.

*Profectò necesse est ad fugam parati <sup>Veget. III.
cap. XXII.</sup> sint, qui Ducem suum sentiunt desperare.*

Excita,

Liuin.
xxiii.

Cur.

Sallu-
lug.

Curt.

Tac.
Anna.Vege-
cap. 2.Tac.
Hist.

Livius
xxii.
Excita, & doce: *Quo timoris minus suos hortetur.*
sit, eo minus fermè periculi esse.

In Agri-
col.
Veget. m.
cap. xviii.
Ibidem.
Ibidem.
Livius
xxviii.
Vell. iii.
Tac. iii.
Hist.
Veget. iii.
cap. xxv.
Tac. iii.
Hist.
Veget. iii.
cap. xxii.

Curt. Effugere mortem, quisquis contempserit; timidissimum quemque eam consequi.

Sallust.
Iug.
Semper in prælio his maximum periculum esse, qui maximè timent. Audaciam pro muro haberi.

Curt. ix. Ne pigros quidem sibi fata disponere, sed unicum bonum diuturnam vitam existimantes, sepe acerbâ morte occupari.

Tac. xiv.
Annal.
Hæc taliaque (pauca pono in exemplum) opportunè differes: & quamquam virtuti confidas, tamen exhortationes & preces miscebis.

Vell. iii.
In r. tre-
pida, non
trepidat.
Veget. iii.
cap. xxv.
Iam pugnas. Tui inclinant: ne diffide. Euentus omnium (aut certè plurium) præliorum, inter initia contra illos magis fuit, quibus victoria debebatur.

Tac. iii.
Hist.
Hic animo opus, ut nullum, in tali trepidatione, constantis Ducis aut fortissimi militis officium omittas.

*Puas fissat,
& incutet.*

Occurſa pauentibus, retine cedentes; Ibidem.
vbi plurimus labor, vnde aliqua ſpes, con-
ſilio, manu, voce, insignis hoſti, conſpi-
cus tuis.

Vege-
cap. 2

Front-
cap. v

Audi poētam de Cæſare:

Ipſe manu ſubicit gladios, ac tela Lucan.
lib. vii.
miniftrat,

Promouet ipſe acies, impellit terga
ſuorum,

Verbere conuerſæ ceſſantes exicitat
haſte.

Tac.
Hist.

*Prouide in
Vittoria a-
gendum.*

At contrā, Tui vincunt? cohibe, nec
nimis diffunde. Frequenter iam *fusa*
acies, diſpersos ac paſſim ſequentes, repa-
ratis viribus interemit.

Veget. iii.
cap. xxv.

Satis citò incipis victoriam, vbi proui- Tacit. II.
Hist.
ſum fuerit ne vincare.

Aliquando etiam vicitis ira virtusque. In Agi-
col.

*Non perdi-
naciter in-
ſtandum.*

Præſertim ſi nimium instas. *Clauiſis* Veg. III.
cap. xxv.
ex deſperatione crescit audacia, & cum ſpei
nihil eſt, ſumit arma formido.

Reprehensi ex fugâ pugnabunt, quia Curt. VI.
fugere non poſſunt.

Ideò

Fronti-
pizf.

bidem.

Veget. III.
cap. XXI. Ideò Scipionis laudata sententia est,
Viam hostibus quâ fugiant, muniendam. Via muniēda ad fugam.

Lucan.
lib. VII.Front. II.
cap. VI.

Et Pyrrhus inter cætera præcepta Imperatoria, memorie tradidit, Non esse pertinaciter instandum hosti fugienti. non solum, ne fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quoque facilius acie cederet.

Tac. I V.
Hist.Veget. III.
cap. XXV.

Quod postremum, callidum ergo scio, & aptum in militiâ totâ. Denique à Prædâ etiam arcendus miles. Nimis s̄epe obstitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, omisso hōste, spolia conſectandi.

A prædâ ar
cendi milili
tes, donec
planè vice
rint.

Tacit. II.
Hist.In Agri-
col.Veg. III.
cap. XXV.

Curt. VI.

CAPUT XVII.

De callidis Consiliis siue Strategematis. An uti iis ius & fas? Nostrâ sententiâ, non utilia ea solum, sed gloria.

PRIORIS generis Consiliorum specimen vides. venio ad genus alterum, flexuosum magis & occultum: quorum vis propriè in arte solertiâque

Strategemata quid,
& quo finit

Frontin. I.
Præf.

posita proficit, tam ubi cauendus quam ubi
opprimendus est hostis.

*Causa no-
minis.*

Ea, Græcanicâ voce, Stratagemata dicimus: credo, quia aut manant inuenienturque à Duce, vel quia bono illo maximè digna. In quo tamen controversiæ aliquid nobis, cum simplicibus illis candidisque naturis. quæ damnant; & aiunt esse veri militis, imò viri, non ^{Tac. II.} *fraude, neque occultis, sed palam & arma-* ^{Ann.} *tum, hostes suos vlcisci.*

Stare pro iis poëta videtur:

Oὐδὶς ἀνὴρ δύναχθε αἰτοῖ λά-
θε

Euripi
in Rhei-
so.

Kτεῖναι τὸν ἔχθεόν:

*Vir nemo mentis altæ clanculum
velit*

Occidere hostem.

*Et populi
vönulli pre-
terunt.*

Atque etiam populi quidam noui &
veteres. ut ab illâ ipsâ fallace Græciâ,
Achæi: qui, Polybio narrante & lau-
dante, ποσθτον ἀπηλοτειῶντο τὰ νοκο-
μητεῖαι, οἵς εἰδὲ τὰς πολεμίας ἡρεῦντο
δι ἀπάτης γνῶν: instantum abhorrebant
à ma

Lib. XIII
Florus
cap. XI

Ibide

Claud.
VI. C
fular. E
nor.

Tacit.
gnic.

à machinationibus istis & struendis dolis,
ut nec hostes suos vellent per fraudem
vincere.

Ibidem.

Caussam idem addit. Υποληφθά- Quasi pari
generofia.
νοντες, inquit, ὅτε λαμπρόν, καὶ δὲ μὲν βέ-
βαιον εἴ τὸν κατορθωμάτων, εἰαν μή τις
ἐν αροφανίς μαχόμενος ἡτίστη ταῖς φυ-
χαῖς τὰς ἀνταποδίψεις: Censentes, ne-
que splendidam neque firmam ullam vi-
ctoriam, nisi quis palam & ex condicō
depugnans, animos quoque deieceret ad-
uersariorum.

Scilicet

Euripi
in Rho-
fo.
Claud. in
vi. Con-
sulat. Ho-
nor.

-- nulla est Victoria maior,
Quām quæ confessos animo quoque
subingat hostes.

Tacit. A-
gic.

Nam reuerā, qui dolo succubuerunt, Parū effica-
cia ad plenā
victoriam.
facilē iterum insurgunt: non virtute, sed
occasione & arte Ducas viētos serati.

Florus 1.
cap. XII.

Denique scripsit Romanus quispiam: Atque etiā
contra bonā
fidem.
Eam vir sanctus & sapiens sciet veram fidem
esse victoriam, quæ saluā fide & integrā
dignitate parabitur.

Atqui nōnne vtraque, inquiunt, hīc
periclitantur? & vbi dolus ac supplan-
tatio, vix fides esse potest, certē non di-
gnitas salua. Hæc sunt quæ ab iis dicun-
Nos contrā fentimus.
tur: ego contrā dissero, & repono. Pri-
mūm, hostem esse, in quem ea usurpa-
Hostem om- ni viā uis iedere.
mus. id est, quem perdere mos fasque
sit: & quid refert quo modo? Tritum
illud poëtae innotuit,

-- Dolus an virtus, quis in hoste Virg. 11.
requirat?

Cum quo poëta alter:

-- οὐδὲν ἡ πᾶν ἔρ-
θοντ' αἰματοσταγή τὸν ἔχθεόν.

Pindar.
Isthm.
Od. iv.

-- oportet quidlibet
Conantem, frangere aduersarium.

A simili.

Ecce venator etiam feras quasdam
vi & manu interficit, quasdam occultus
subsistit & laqueis aut retibus captat:
quis reprehendit? A laude proprius to-
tum hoc genus insidiarum abesse vide-
tur, quam à culpâ. Certē vir & dux bo-

Ab teſtib⁹. Brasidas, ita effatur: τὰ πλέυρα Thuc. v.
ταῦτα καλλίσην δόξαν ἔχει, ἀ τὸ πολέμιον
μά

Pluta-
Marc.

μάλιστ' ἄντις ἀπαίτοσας, ταῦτα φίλες μέντοι
αὐτῷ φελόσοιεν: Illa belli furtæ pulcherri-
mam laudē habent, per quæ hostes maximè
decipiuntur, & amici plurimū iuuantur.

Ipse Polybius admirator paullo ante Achæorum, palam ad nos transit.
Lib. ix. & ait, τὸν κατὰ πόλεμον ἔργων ἐλαττω-
τὰ ωροδίλως καὶ μὲν βίᾳς θητελέμηναι,
τὸν μὲν δόλῳ καὶ σῷ καιρῷ πειθομένων:
Facinorum militarium ea esse minoris lau-
dis ac momenti, que propalam & per
vim patrantur, his quæ ex occasione &
per dolum.

Quod si gens etiam genti oppo-
nenda: an Spartanos appendere cum
Achæis verear in cādem lance? imò
virtute & fortunā præponderabunt.

Spartanorū
de hu iude-
cimmo.

Plutarh.
Marcell. Illi igitur, καյπερ ὄντες πολεμικῶτατοι,
μείζονα καὶ μᾶλλον αὐθεόπω περέπτουσαν
ήγεντο τὰς Δῆλος καὶ συνέσεως πε-
ξιν, ή τὰς μὲν βίᾳς καὶ αὐθείας: etsi pu-
gnacissimi, tamen digniorem magisque
conuenientem homini censebant actionem
ratione & mente institutam, quam illam
per vim aut robur.

*Qui ante-
posuerunt
bac testa-
reū.*

Ideoque θύς μὴν ἐν Σπάρτη τὸ δέ ^{Ibidem.} σεανήσων, οὐ μὴν διὰ αὐτοὺς οὐ πειθεῖσθαι βέλεται σχετοεξάμηνος, βέβηρος ἢ Διὸς μάχης, αλεκτρεύοντα: Spartæ, è Ducibus qui se abdicant, ille qui rem dolo aut suasione confecit, bouē immolat: qui prælio, gallum.

*Responsio
ad rationes
aduersas.*

*Distinctio
inter hostes.*

Maiorem scilicet minoremque victi-
mam, pro re tali. At negat, inquiunt,
Euripides esse viri generosi. Errant, non
ille de hoste publico aut præliis loquī-
tur: sed sentit de priuatis inimicitiis, in
quibus locum (iustè quidem) esse non
vult huic fraudi. aliud est in bellis. Nam
etiam Romani veteres, audiūt alias & te-
naces regiæ huius viæ, quendam bonum
Dolum Dicebant, & pro sollertia hoc no- Vlpian. I. 5.
De dolo.
men accipiebant: maximè si aduersus ho-
stem latronemve quis machinaretur.

*Christianæ
sanctio.*

Quid verbis opus est? Ipse sacrorum
Antistes definiuit, Cum iustum bellum
fusciptiūr, ut aperte pugnet quis aut ex
insidiis, nihil ad iustitiam interest.

*August. in
Quæst. su-
per Iosu.
qu. x.*

*Ad Florū
responsio.*

Nam quod Romanus ille scriptor
damnare videtur; ille vero nō damnat.
Saluam

Pluta-

Ody-

Xeno-
Hipp-

Saluam tantum in iis vult Fidem & Dignitatem. Nam contra foedera aut paecta fraudem quis probet? quis item villem aliquam & abiectam? ut si quis hostem veneno tollat, aut clam immisso emptoque percussore. Hæc talia

Plutarch. sperne, & cum Agesilao cense, Αποστει- Que frau-
σαμένον μὴ αδίκως, ασεβεῖ τὸς ἐπο-
λεμίας ωδηλόγια οὐδὲ μόνον δικαιοντα
επιδοξον, ακαὶ οὐδὲ νοῦ περδαλεον: Fo-
deratum iniuste fallere, impium; at hostes,
non solum iustum, sed etiam suave &
fructuosum est.

des bene.

Hos tales, cum Homero,

Odyss. Κτείνεις ήτε δόλω, η αύραδον δξεῖ
χαλιφ: *Adhortatio ad eas.*

Confice siue dolo, seu stricto comi-
nus ense.

Xenoph. Hippat. Οὐτως γδὲ εἰν περδαλεώτερον εν πο-
λέμῳ απάτης: Reipsa enim nihil utilius
in bello dolis. *Laudatio ad eas.*

Quorum specimen quid à me hīc
exspectes? Frontinum & Polyænum è
veteribus habes: & nonnemo etiam ho-
die percoluit illum campum.

CAPVT XVIII.

*Quid post Pugnam faciendum vi-
deatur : & in Victoria, siue.
Clade, quomodo Princeps salubri-
ter & decorè se gerat.*

AD Pugnam Consiliis meis satis
A te instruxi : aliquid etiam de iis
quæ post Pugnam usui sunt, dicam, &
hoc velut flexu ducam te ad candidam
illam metam : id est, Pacem. Post Pu-
gnam, aut Victoria est, aut Clades.
In illâ tria præcipio : vt Cautè cam ha-
beas, vt Leniter, vt Modestè. Cautè
ideò, quod fermè fit ut res secundæ negle- Liu. xx.
gentiam creent:

*Ad Victo-
ria usum
tria pra-
cepta.*

*Cautela ad-
hibenda.*

Atque ita aliquod vulnus per nimiam Tacit.
Agrie.
fiduciam accipiatur.

Crebra autem, et si modica damna, fa- iv. Hist.
mam partæ victoriae lacerant.

Lenitas.

Leniter etiam : quia suapte naturâ
ea cruda.

-- Regi frænis nequit

Et

Sene
Troad

Tacit.
Hist.

Curt.

Port.
Latro
Decla

Tacit.
Agrie

Indid

Thuc.

Senec.
Troad.

*Et ira, & ardens hostis, & Vi-
ctoria,
Gladiūsque felix. cuius infecti se-
mel
Vecors libido est.*

Regenda tamen; aut valde hæres
in tuo cursu. Nam ubi extrema om-
nia in oculis, desperatione in audaciam
accinguntur.

Curt. v. *Ignauiam quoque Necesitas acuit, &
sæpe desperatio spei cauſsa est.*

Portius
Latro in
Declam. *Grauiſſimi sunt morsus irritatæ Ne-
cessitatis.*

Ergo hoc caue, & ad spem semper
aliquid relinque. Insta, terre: sed ubi <sup>Ad pacem
idem idem</sup> satis terrueris, parcendo rursus irritamenta ^{pronocadus.}
pacis ostenta.

Indidem. *Hoc mollit & frangit aspectu pignoru,*

Thuc. I. *Aspectu Opum: quas ipsas ne planè ^{Agris par-}
perde. Archidamus prudenter: μὴ γδ
ἄλο τι νομίσοντε, inquit, τὰ γλυκά ἀντὸν
(ἢ τολεμίων) ή ὄμησον ἔχειν. οὐδὲ γχ ἱσ-
σον, ὅσῳ ἀμεινον ὁξειργασαν. ης φείδεοται
χεὶ*

χεὶς ὁσιοῖς θηταῖσιν, καὶ μὴ εἰς δούοιαν
κατασκούτας αὐτὸς ἀληπτοτέρες ἔχειν:
— Nec enim aliud terram hostium censem;
— quam velut obsidem. idq; eo magis, quod
illa cultior. Huic parcendum ut plurimum
est, nec hostes in amentiam & despera-
tionem redacti, difficiliores expugnatū
reddendi.

Et alioqui speciosa in hoc fiducia,
quod parcas, ut tuis. Nam

Quæ corripi igne, quæ meti gladio Senec.
Theb.
iubes,
Aliena credis.

*Superbia
greganda.*

Tertiò, Modestè eam habe. Nam
non solùm Felicitas in malo ingenio au-
ritiam, superbiam, ceteraq; occulta mala
patefacit:

Sed rebus secundis, etiam egregij duces
insolescunt.

Et cum Pindarico illo Tantalo μέ-
γαν ὄλεον κατέπιψα τὸ διώροι: magnam
felicitatem concoquere non possunt.

*Nam casus
incerti.*

O stulti! ο τε ἐν πολέμῳ θυγάτια Thuc.
ωλεο

Publius

Plinius
Paneg.

Sen. Ag.
mem.

Tac. II
Hist.

Tac. II
Hist.

Ibidem.

Olym-
Od. I.

Sen. Aga-
mem.

τολεονάζων, τοιχίς οὐρανοῖς περιβόλου τοις αἰματοφόροις : Is qui in bello ob res secundas exsultat, non cogitat quām infidā fiduciā se extollat.

Publius.

Fortuna vitrea est, tunc cūm splendet, frangitur.

Plinius
Paneg.

Habet has vices conditio mortalium, ut aduersa ex secundis, secunda ex aduersis nascantur.

*Et saepe vi-
ctor, virtus.*Senec.
Theb.Sen. Aga-
mem.

Victor timere quid potest? quod non timet.

Tac. III
Hist.TAC. III.
Hist.

Iam in CLADE duo moneo: vt Clades ratae
Prudenter eam & Fortiter feras. Pruden- scire oportet.
ter, hoc sensu: vt noris eam serior, &
appendas. Nam quidam, è contrario, lata =
omnia sibi singunt:

11. Hist.

Ibidem.

Et nuntios cladis occultantes, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, aut nō me- deris.

Olymp.
Od. I.

Quod nulla ratio est, vt fiat. Nam primū,

Thuc. I.

Sen. Aga-
mem.

-- clades scire qui refugit suas,
Granat

Grauat timorem. dubia plus torquent mala.

Sicut contrà, Sæpe calamitatis sola- Curt. iv.
tium est, nosse sortem suam.

Senec
Oedip.

Deinde profectò

Iners malorum remedium, Ignor- Senec.
rantia est:

Oed.

Imò nullum : nec mederi tibi fas
cùm nescis. Tu verò agnosce, atque
adèò examina & appende. Si exigua
damna, irâ te magis quàm metu accen- Tac. xi.
dant. Ann.

Tacit.
Hist.Ita obniten-
dum.

Si grandiora, ne sic quidem hastam Cic. p.
abyce, Murz.

Indiden

Nec prælij unius euentu pauesce.

Tac. ii.
Hist.

Veg. 11.

cap. xv.

Et meliora
peranda.

Nónne Mars communis & victum Livim
sæpe erigit, & adfligit victorem?

xxviii.

Flor. 1.

cap. xv.

Infirmi ingenij est, lapsu aliquo, summae rei diffidere, cùm exiguis momentis subito inclinentur omnia quæ in bello geruntur.

Egeli.
cap. 11.

Curt. v.

Ergo

Ergo h̄ic illud valeat, vt feras For-
titer.

*Rebus ani-
mi indisen-
dum.*

*Curt. IV.
Senec.
Oedip.*

-- Regium hoc ipsum reor
Aduersa capere. quóque sit du-
bius magis
Status, & cadentis imperi moles
labat,
Hoc stare certo pressius fortē
gradu.

*Tacit. II.
Hist.* Didici fortē & strenuos contra Fortu-
nam insistere spei; timidos & ignauos, ad *Contra Fer-
tanam in-
surgendum,*
desperationem formidine properare.

*Tac. XI.
Ann.* Indidem. Tu verò erige te, vires iuxta & pro-
cul sitas circumspice: *Vires repa-
randa.*

*Cic. pro
Mure.* Veg. III.
cap. XXV. Noni dilectus, noua querantur auxilia:

*Tacit.
Hist.
Agric.* Oppida aut castella, aduersus moras
obsidionis, annuis copiis fermentur.

*Livius
XXVIII.
Egeip.
cap. II.
Flor. I.
cap. XV.* Ad summam (bona modò caussa
tua sit) omnia experire: more anguum,
qui obtrito capite, postremū caudā mi-
nantur.

Curt. V. Si iusta ac pia bella dij auersantur,
forti

*Per deum fortibus tamen viris licebit honeste mori.
mori me-
lius, quam
per dedecus
vivere.*

Quoniam quidem unum omnibus fi- Sallust.
nem Natura vel ferro septis statuit:

Id solum refert, nouissimum spiritum Tac. in
per ludibrium & contumelias effundant, Hist.
an per virtutem.

CAPVT XIX.

*Ad pacem ex animo adhortatio. Ac
primum illuc inclinamus eos, qui
Victi: sed ad Tutam & Bonam.*

*Pars tertia
huius libri.*

SE D satis, satis iam Pugnarum est:
Pax salutaris quando nos respicies?
Ad te venio, & abstero Martio hoc
puluere, quiescam paullum sub felici
arbore Mineruæ. Dixi quomodo Susci-
pienda bella, & Gerenda: nunc audite,
quomodo Finienda. Nam

*Mundus no-
stet per af-
fidua bella.*

Si eterna semper odia mortales Seno.
gerant, Herclio.

*Nec cæptus unquam cedat ex ani-
mis furor,*

*Sed arma felix teneat, infelix
paret;*

Nihil

Cic. P.
xiii.

Id. de L
Agar.

SH. xi.

Tacit.
Agric.

xv. Ans

Senec.
Herc.

Nihil relinquunt bella, tum vastis
ager
Squallebit aruis, subditâ tectis
face
Altus sepultas obruet gentes
cinis.

Quamvis magna, quamvis diutur-
na bella, Pace finienda sunt: cuius &
nomen dulce est, res verò ipsa cùm iucun-
da, tum salutaris.

Cic. Phil. xiiii.
Id. de leg. Agtari. Quā non modo ī quibus natura sen-
sum dedit, sed etiam tecta atque agri læ-
tari videntur.

Esrion finis pax.

Laudatiū-
cula pacu.

Sil. xii. -- Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est.
Pax una triumphis
Innumeris potior.

Ergo pariter ad hanc ite, tam quibus
Salus quām quibus Gloria carissima est:

Variique
parti expre-
du.

Senec. Hercle. Ann. iv.
Victi dico & Victores, ad hanc ite.
Illa ex aequo utilis:

Et

Senec. Hercle. Fur.
Pacem reduci velle, Victor expedit,
Vide ma-
xime.
A a

Victo necesse est.

Sed tu me prior audi, qui VICTVS.
Paullò antè ad arma te excitaui: nec
nunc excutio. quia hæc directa ad Pa-
cem via. Si pace frui volumus, inquit
Tullius, bellum gerendum est; si bellum
Arma re- Philip.
nenda, si
ean volun- VII.
mus. omittimus, pace nunquam fruemur.

*Ἐν πολέμῳ μὴ γέ εἰγειν μάθητον βε- Thuc.
σαίτραι: E bello enim pax magis firmatur.*

Atenu fū-
cieđus hasti. Quomodo? nempe ne ignauum &
vile aliquod animal videare: & sciat
esse tibi adhuc vires, si deliberas, ambi- Tacit. m.
guas; acres, si desperaris. Hist.

Ideo erectum & fidentem animi iv. Ann.
ostende.

Et dic illud Homericum:

*Τῷ μοι ἀκεχτά̄ δέ τι καὶ απίδες Iliad. 7.
οὐφαλόεσσα,*
*Καὶ κόρυθες, καὶ θώρηκες λαμπρὸν
γανοῶντες.*

*Et mihi sunt teretes hastæ, clypei-
que rotundi,
Tum galeæ, tum thoraces splendore
micantes.*

Vetus

Guilel.
Neubr.
Rer. An-
glic.lib.ii.
cap.xii.

Vetus verbum non te fallet; Sub cly-
peo melius succedere pacis negotium.

Liu.xxv.

Considerabis autem in omni pacc
hæc duo, vt Honestæ ea, & vt Simplex
sit. Honestam intellego, cùm aliquâ to-
lerabili conditione finies bellum.

*Duo in pa-
ce specto.*

*vt Honestæ
sit.*

Ex Cic.
Phil.xii.

Vt verè Pax ea sit, non pactio serui-
tutis.

Ad Attic.
vii. ep.
xiii.

Nam quamvis pax vel iniusta, uti-
lier sit iustissimo bello;

Tamen profectò viro Principi in-
tolerabilis, quæ labem eiusmodi aut
ignominiam adfert.

*Cum aperte
seruitur.
tarpi.*

Senec.
Theb.

In seruitutem cadere de regno, gra-
ue est.

Phil.iii.

Videaturque cum dignitate potius
cadendum, quam cum ignominia seruien-
dum.

*Mors viro
potior.*

Deinde Simplicem eam volui: id est,
putam, niueam, & verè Pacem. Nam
fictam, fucatam illam, & pacis nomine
innolutum bellum, reformido.

*Pax sic
fusa esto.*

Piniat bel-
lum, nō dis-
ferat.
Sæpe ob potentium interna mala,
dilata magis prælia, quam datam pacem
intelleges.

Sall. Ep.
Mithrid.

Ego autem censco, Pace suspectâ tu-
tius bellum.

Tacit. IV.
Hist.

*Quando ea
optime co-
erat?*
Hæc duo sunt quæ semper consi-
deres, nec plenè semper impetres: nisi
fortè initio belli. Nam optimum &
propè unum tempus est de pace agendi,
dum sibi uterque confidit, & pares ambo
videntur.

Cæs. I. b.
Ciu.

Et videntur pares, qui non fecerunt in-
ter se periculum virium.

Curt. VII.

*Interdu fusi-
ces Digni-
tas submit-
tit.*
At rebus inclinatis, magis est ut te
inclines: & quavis tutâ conditione pacem
accipere malis, quam viribus cum valen-
tiore tertare.

Cic. V.
Ep. XXI.

— Gubernator, ubi naufragium timet, ia-
cturâ, quidquid sanari potest, redimit.

Curt. V.

Experti inuicem estis tu ac Fortuna:
Contra te stetit. quid proges ultra
ruinam?

Tacit. II.
Hist.

Scito

II. H.

III. H.

Liu. I.

Id. V.

Ibider.

Tac. I.

Ann.

Sall. O.
Lepidi

Tacit. II.

Hist.

v. Hist.

all. Ep.
Archid.

Scito apud vi^ttos plus ferè querimoniarum, quam virium.

Tacit. 11.
Hist.

Et quamquam atrociter loquantur, minorem esse apud eos animum.

Cæs. 1. 111.
Ciu.

Itaque morde frænum, & (quod in re simili quispiam dixit) *Necessitat^e cogente*, quam ne dij quidem superant.

Id. v 11.

~~Ecce Pacem etiam qui vincere possunt,~~

~~volunt: quid te oportet?~~

Ibidem.

Quin omis^sa Ir^a ac Spe fallacibus auctoribus, te ipsum tuaq^{ue}, omnia cognitæ permette fidei.

Nec innib^{us} sine conditioⁿe etiam dare se habet.

Tac. 11.
Ann.

Sæpe hoc profuit; & supplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepere.

Sall. Orat.
lepidi.

Nam vi^ttores (qui alto quidem sunt animo) secundæ res in miserationem ex ira vertunt.

Si ut tamē generosus.

Aa 3

CAPVT XX.

*Victores ad Pacem prouocati, argumen-
to triplici: quia id Decòrum,
Vtile, Tutum. atque adeò ad Pa-
cem mitem: sed cum exclusione
fraudis. Pro eâ auctor ipse Pacis
innocatus.*

Quos huc quoque iam impel-
lam. Nam ades tu VICTOR:
& quamuis vela tibi tumeant secun-
do vento, capesse hunc portum. Pro-
cellâ inuolui potes, & euerti. Nam
quamuis ille dixerit, *Pacem & concor-*
diam Victis utilia, Victoribus tantum
pulchra esse:

*Ne crede. illa verò non Pulchra iis
solùm, sed Utile plerumque & Tuta.
Palam quidem pulchra: & in bonis tuis
rebus, hostium dubiis, tibi ampla ac specio-
sa danti pax est.*

*Quam decòrum Principi, cum vi-
ctoriam propè in manibus habeas, pacem*
non

Lib. x.

Tacit.
Ann.Berna-
Ep.Tac.
Ann.

In Ag.

*Pax vincē-
ti decora.*

Liu.xxi.

Flor.
cap. x.

*non abnuere! ut sciant omnes, te & Su-
scipere iuste bella & Finire.*

Lib. xxij. *Si prætermittis hoc tempus, quo dare magis quam accipere potes pacem, vereor ne hec lætitia luxuriet tibi aut vana euadat.* In occasions accipenda.

Tacit. xv. Ann. *Et fiat illud: Gloriæg. & præde non-nihil partum, si aut gloriam cum modo, aut prædam cum curâ habuisset.*

Bernat. in Ep. *Sanè vir sanctus inclamat: Pacem contemnentes, & gloriam appetentes, pa- cem perdunt & gloriam.*

Tac. xii. Ann. *Iam Vtilis quoque eadem. Nam si in bello perseueras, quid nisi tæ- dium ex morâ, periculum ex properantia ^{Vt bello & molesta} defungare te manet?*

In Agtic. *Nam ferè plus impetus, major con- stantia penes miseros.*

Sil. I. *Et fractis rebus violentior ultima virtus.*

Ibidem Flot. II. cap. xv. *Quam maximè mortiferi morsus esse solent morientium bestiarum.*

Adde, quod Fortuna belli artem victos Curt. iii.
quoque docet.

*Non diu in
eosdem bel-
lendum.*

Nec temerè id præuisum præcautumque Lycurgo: qui Rhetram siue legem tulit, πολεμίας σερβεῖν, ἵνα μὴ πολλάκις ἀμύνεσθαι συνεδίζομέντοι πολεμικοὶ γένωνται: vetantem eosdem hostes sibi impugnare, ne repugnare assuetati, ipsi quoque bellicosi euaderent.

Plutat. in
Lycurg.

Pax tuta.

Denique Tuta: quoniam vitas per eam incerta belli. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. Illa in tua, haec in deorum manu est.

Liu. xxx.

*Fortuna
incerta.*

Vim Fortunæ reputa, & omnia quæ agimus, subiecta esse mille casibus.

Ibidem.
Senee.
Herc. F. ut.

-- nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.

Omnia audacissimè incipientem nusquam fecellit Fortuna?

Liu. xxx.

*Quæ in tri-
vium sape
pungit.*

Eò magis time. & ne quanto altius elatus es, hoc fædius corruas.

Ibidem.
Senee.
Herc. Or.

Semel profecto premere felices Deus

Cum

Curt.

Ibid.

Hom.
Iliad.

Liu.

Lib.

Ibid.

Tacit.
Ann.

Cum cœpit, urget. hos habent magna exitus.

Curt. III. Itaque illam ipsam Fortunam, quā aspirante res tam prosperè gessisti, verear is. Non ergo irritanda.

Ibidem. Fortuna enim est: & ex his quæ tribuit tibi, quam mutabilis sit, reputa.

Homer. Ευωδος ονταλισθε, και τον καιρον τηντεντε:

Mars communis, & interimit quoque iam perimentem.

Liu. XLV. Ideò in secundis rebus, nihil in quemquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti credere Fortunæ; cum quid' Vesper ferat, incertus sis.

Lib. XXX. Profectò si in secundis rebus bonam quoque mentem darent di, non ea solum quæ euenissent, sed etiam quæ euenire possent, reputaremus. Sapientiam cum ea misse.

Ibidem. Dabis ergo Pacem, nec ita aliena appetes, ut de tuis dimicis.

Tacit. XII. Ann. Sed qualem? Mitem. Nam bello-
rum egregij fines, quoties ignoscendo trans-
figitur. Pax tolerabilis est.

Inō beni-
gna.

Cogita, Ignoscendo populi Romani <sup>Sall. Orat.
Philip.</sup>
magnitudinem auxisse:

Neque vīctis quidquam, prēter iniuriā In Iūg.
licentiam, eripuisse.

Quidni imiteris? Quantā peruicaciā Tac. xii.
in hostem, tantā beneficentiā aduersus sup- Ann.
plies utendum.

Vti animosè debes tanto munere deo- Sen. i. De
rum, dandi auferendique vitam potens: Clemen.

Et interdum contentus esse, nihil ex Ibidem.
rege victo, prēter gloriam, sumere.

Nam ma-
la, infirma.

Ex Famā tuā hoc erit, imō etiam
ex Vſu. Si enim duram acerbamque
das, quis seruabit? Nec credideris ullum Liu. viii.
populum, aut hominem denique, in eā con-
ditione, cuius eum pāniteat, diutius quam
neccesse sit, mansurum.

Vivet semper in pectoribus eorum, quid- Lib. ix.
quid istuc præsens necessitas iniunxerit.

Et in tempore clamabunt, Miseram Tac. iii.
pacem vel bello benē mutari. Annal.

Liberē & verē olim Priuernas ille
in

Liu.

Ibid

Veg.
cap.

Lib.

in Senatu Romano, interrogatus, Qualem ab iis pacem exspectarent? Si bonam dederitis, inquit, & fidam, & perpetuam si malam, haud diuturnam.

Ibidem. Veriloquium est: Ibi pacem esse fidam, ubi voluntary pacati sint, neque loco ubi seruitutem esse velint, fidem sperrandam esse.

Esto Pax igitur Mitis, sed in eos qui ex animo eam volunt. Nam si qui subdolè aut insidiosè agunt, hos tales astringe. Frequentius enim conventionum pacisque simulatio credulis, quam arma nocuerunt.

Veg. III. cap. III. Lib. III. Polybij hīc dogma aureum: τὸς τῶν περιγράπτον ταπειμήσεων, χεὶς τῶν τοιέτον ὀδεύον μᾶλλον φερούσειν, οὐτε μὴ λαυδάνειν τὰς προαιρέσεις τὸ σχελυομέρωμα τὰς ἔχθρας, η συνπεφύωμα τὰς φίλιας, πότε τοῖς καιροῖς ἕκούτε, καὶ πότε τὸ φυχαῖς ἥτιώμηνοι ποιῶντα τὰς συνθήκας, ἵνα τὸς μὲν ἐφέδρας νομίζοντας εἴ τοι καιρὸν αἱ φυλάττωνται τοῖς δὲ πεσόντες, ὡς ὑπηκόοις η φίλοις ἀλιθινοῖς, πᾶν τὸ

Bona, con-
stantissima.

Insidie ta-
men caucen-
da.

Animad-
verte.

τὸν δὲ τοῖς πρᾶγμασιν:
 Oportet eos qui rebus præfunt, nihil magis
 curare, quam ut ne eos lateat quo animo
 sint qui aut bella finiunt, aut amicitias con-
 stituunt. quando temporibus cedentes, &
 quando reuera animis fracti pacem ineunt.
 ut illos quidem, tanquam subseffores &
 insidiatores temporum, obseruent ac ca-
 ueant: istis fidem habentes, tanquam verè
 subditis aut amicis, quidquid euenerit, im-
 perent atque præcipiant.

*Oratio pro
pace.*

Hominibus suasi hactenus. nunc ad
 te, ô æternum Numen, qui non Deus es
 dissensionis, sed Pacis:

Paul. 1. 21
Cor. cap.
xiv.

Breues, sed calidas preces conuento.
 O mucro Domini, quousque non requiesces?
 Ingredere in vaginam tuam, refrigerare,
 & file.

Jerem. 1.
XLVII.

Cogita super nos cogitationes pacis, &
 non afflictionis; ut des nobis finem & pa-
 tientiam, & innocabimus te, & viuemus.

Ex eodem
cap. XXIII.

I. L I P S I

I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
 S I V E
C I V I L I S D O C T R I N A E
 L I B R I S E X T I

C A P V T I.

*Ad Ciuite bellum ventum. Et eius
miseriae breuiter oculis subiectæ.*

LINEM Extero bello im-
posui:vtinam Civilibus ma-
lis: quæ nostra per tot annos
vidit etas.

Nam **huc Ordo me trahit;** & definio
Qui lito-
Ciuite bellum, ARMA SVBDITO-
RVM IN PRINCIPEM MOTA,
AVT INTER SESE. Quo nihil mi-
nite bellum.
serius, nihil fœdus, & quod meritò ma-
calmè mi-
re ipsum dixerim calamitatum. *senarum.*

Home

*Livius
Præfat.*

*aul. i. 13
or. cap.
iv.*

*erem. ca
LVII.*

*eadem
p. XXII.*

Homerus verè scripsit,

*Formidatū
in qui verè
cives.*

Ἄφρίτωρ, ἀθέμισος, ἀνέσιος ὅστιν Iliad. I.
κάνειν,

Ος τολέμεις ἔραται δηπιδημίος ὁ-
κρυόεντος:

Ille nefarius & sine genie tribùque
michi esto,

Qui Ciuale cupit ferum & exsecre-
bile bellum.

Cuius mentem explicuit & diffudit
magis Tullius: Nec priuatos focos, nec pu-
blicas leges, nec libertatis iura chara habere
potest, quem discordie, quem cades ciuilium,
Imo qui ho-
muncet. quem bellum ciuale delectat. eumque ex
numero hominum ejiciendum, ex finibus
humanæ naturæ exterminandum puto.

Philip.
xii.

In eo sceler-
ta. Et re ipsâ quid scelerum ab eo abest?
quæve humana superant, aut diuina im-
polluta sunt?

Sall. On
Lepid.

Ei impia. Castra ex una parte contraria, & pa-
rentum liberorumque sacramenta diuersa.

Sen. II. Ira.

-- videre parentes

LUCAN.
VII.

Frontibus aduersis, fraternaque co-
minus arma:

Cognac

Id.

Sall.
Oiat.
pidi.

Tacit.
Hist.

Lucan

Tac.
Hist.

I. Hist.

Id. i.

Cognatásque acies.

Iliad. I.

Sallust,
Orat. I.e.
pidi.

*Quid cladium non ei inest? Pro-
scriptiones innoxiorum ob diuitias, cru-
ciatus virorum illustrium, vastae urbes
fugâ & cædibus, ciuium miserorum bo-
na, quasi hostilis præda, venum aut
dono dato.*

Tacit. 1.
Hist.

*Occidere palam, ignoscere non nisi fal-
lendo licet.* Promiscua
cades.

Philip.
xii.

III. Hist.

*Non ætas, non dignitas, quemquam
protegit, quo minus stupra cædibus, & cæ-
des stupris misceantur.*

Lucan. i.

*Nobilitas cum plebe perit, latèque
vagatur
Ensis, & à nullo renocatum est
pectore ferrum.*

Sall. Or.
Lepid.Tac. II.
Hist.

*Iam minora illa flagitia adde. Flit-
tam per discordias militum fidem:* Perfidia.

Sen. II. I.
Ira.

I. Hist.

*Corruptam Disciplinam. quam in Nulla Di-
pace inexorabilem, discordiae ciuiam re-
solunt, paratis utrumque corruptoribus,
& perfidia impunitâ:* Ideo

Lucan.
VII.

*Aut ob-
edientia.* Ideoque Pecuniam inter ciuiles di- 11. Hist.
scordias ferro validiorem.

Ibidem.

Cernimus milites in omne fas nefasq; ibidem.
auidos aut vanales, non sacro, non pro-
fano abstinentes:

Tac. 1
Hist.

Quippe obnoxiiis ducibus, & prohibere Ibidem.
non ausis.

Cic. x
Epist. 1.
Famil. ep. xvii

Sciuntque per turbas & raptus faci- 1. Hist.
lius eos ad ciuile bellum impelli.

Atque vniuersè verum: *Civilibus bel-* 11. Hist.
lis, plus militibus quam Ducibus licere.

-- Rheni mihi Cæsar in undis Lucan.
Dux erat, hic socius. facinus quos
inquinat, & equat.

Lucan.

*Varia trā-
fissimæ.* Quid? quod nec apud togatos &
paganos usquam fides aut amor? metu ac
necessitate huc illuc mutantur:

Tacit.
Hist.

Faciles occupantibus, & meliorum in- 11. Hist.
curiosi.

*Victoria
aspera.* Ad summam, Omnia sunt in bellis Cic. 11.
ciuilibus misera, sed nihil miserius quam Epist. 11.
ipsa victoria. Famil. epist. 11.

Quæ

I. Hist. Ibidem. Quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotenteresq; reddit: ut etsi naturâ tales non sint, neceſſitate esse cogantur.

Tac. III. Ibidem. Tac. III. Hist. Duces enim accēdendo ciuili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Nec in potestate vim centu.

I. Ibidem. Cic. XII. Epist. ad Famil. ep. XVIII. Bellorumque ciuilium hi semper existus, ut non ea solum fiant quæ velit vicitor, verum etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta est victoria.

I. Hist. Plura sunt in detestationem huius pestis: quæ nimis nota nobis, omitto.

CAPUT II.

De cauſis ciuilium bellorum. Eæ factæ duplices, Longinqua & Propinqua. Prius de prioribus dictum.

ILVC transco, ut de cauſis eius distinetè differam, & de Fine. Quid enim opus de Modo gerendi? par ille aut idem, qui in Externo. Et alio- qui, non tam de Gerendo eo cogi-

Caro nre
rei, canere
bellum,

B b

Tacit.
Hist.

I. Hist.

Cic. 18
Epist. ad
Famil.
epist. II.

tandum sapienti Principi, quam ca-
uendo. Hoc caput, hic pes rei. & initia
profectio ac semina Civilium motuum
restinguenda sunt: aut ubi accensa, nul-
la Prudentia te habebit indemnam.
Necessariò aut interitus consequetur,
aut mutatio rerum. Igitur de Caussis
 $\epsilon\mu\nu\lambda\omega\zeta$ & intentè differam: & in her-
bâ, si possum, opprimam pestilentem
hanc frugem.

Causæ Re-
motaæ. Caussæ Ciuilis belli duplices: Re-
motæ, & Propinquæ. Dico illas, QVÆ
PRIMÆ VERÆ QVE CAVSSÆ
SVNT, SED MINVS ADHÆ-
RENT EFFECTVI, AVT APPA-
RENT. Istas, QVÆ ORTAE AB
Causæ pro-
pinqüæ. ILLIS, EVENTVI CONIVN-
GVNTVR, ET PALAM SE
OSTENDVNT. Piores, Sapientes
intuentur: Vulgi oculi, versi ad istas.

Fatum &
orto rerum
gignit ciui-
les turbas. Sunt inter Remotæ duæ; Fatum &
Luxus. Fatum in primis: quia ab euen-
tibus omnis æui certum, Deum velut
sollemniter magna imperia perdere per
hanc viam.

Lucan. I.

*In se magna ruunt. Lætis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.*

Licet de omni republicâ præsagias,
Ad Cæs. quod Crispus de suâ: Ego sic existimo,
quoniam orta omnia intereunt, quâ tem-
pestate urbi Romane fatum excidij ad-
uentarit, cines cum ciuibus manus conser-
tueros. ita defessos & exsangues regi aut
nationi præda futuros. Aliter, non or-
bis terrarum, neque cunctæ gentes conglö-
batæ, mouere aut contundere queant hoc
imperium.

Europæ
notata.

Flor. 111. cap. xii. At Luxus etiam caussa altera. Quæ Luxus pau-
latus quo-
nimia Felicitatis?

Ibidem.

Opes atque Diuitiae affixere sacerdimo-
res, mersamq; vitiis suis, quasi sentinâ,
republicam pessum dedere.

Ibidem.

Magnificus apparatus conuiniorum, &
sumptuosa largitio, nonne ab opulentia pa-
riturâ mox Egestatem?

Tac. 1.
Hist.

Cum scilicet rapacissimo cuique ac per-
ditissimo, non agri aut feniis, sed sola ^{Ab illo e-}
^{nimis atra}
^{num.}

instrumenta vitiorum manebunt.

Ab hoc p[er] nos. Hi tales, miscere cuncta, & priuata Indidem
vulnera, reipublicæ malis operire statuent.

Quippe ita se res habet. ut publicâ rui- vell. II.
nâ quisque malit, quam suâ proteri; &
idem passurus, minus conspici.

Sunt igitur isti gradus:

Non auro tectisve modis, mensasq[ue] Lucan. I.
priores
Aspernata fames.

Hinc usura vorax, audumq[ue] in Ibidem.
tempora fænus,
Et concussa fides, & multis utile
bellum.

Remedium,
aut solatium
possum, m
Fatum.

Atque hæ duæ Remotæ illæ cauſſæ sunt. quod in eas remedium? in alteram nullum. Frustrâ cum Fato pugnes, id est diuino decreto. Ita Fato pla- Sen. Con-
cuit nullius rei eodem semper loco stare sol. ad
fortunam. Helu.

Nihil mutationis periculo exceptum: Id. Ep.
non terra, non cælum, non totus hic rerum
omnium

omnium contextus. Quamuis Deo agente
ducatur, non semper tenebit hunc ordi-
nem, sed illum ex hoc cursu dies aliquis
deijciet.

Ibidem. Certis eunt cuncta temporibus. nasci
debent, crescere, extingui.

At in Luxum (si in tempore prouides) firmum auxilium habes à nostrâ
* Censurâ.

* Supra
lib. i v.
cap. xi.

CAPVT III.

De causis Propinquis belli Civilis.

Eæ tres. Factio prima est; eius
pernicies in omni statu. Et sintne
dissidia unquam usui?

HÆc igitur sunt, ut poëta ait,
Lucan. I. -- publica belli

Semina, quæ populos semper mer-
sere potentes.

Venio ad Propinquas caussas: quæ tres
occurrunt, Factio, Seditio, Tyrannis.

Factionem nomino, P A V C O R V M

A V T P L V R I V M I N T E R S E

Definita
Factio.

Fons Fa-
Hoc is.
Odiis.
Aut Am-
bitu.

COITIONEM, ET CVM ALIIS
DISSENSVM. Cui origo saepe à
priuatis, aut publicis familiarum Odiis:
sæpius ab Ambitione, dum quisq; præ-
ire vult, aliumque detrahere: & huic fi-
ni conspirant. Nemo enim eorum qui in
rep. versantur, quos vincat, sed à quibus
vincatur, respicit.

Sen. Ep.
LXXXIV.

Habet hoc vitium omnis Ambitio, Non indidem
respicit.

Possit hac
mera fia-
tum.

Trudunt igitur se, ut fluctus flu-
atum, atque inde contentio, odia, bel-
lum. Factiones fuere, eruntque pluribus Liuius.
populis magis exitio, quam bella externa,
quam fames morbive, quæq; alia in Deum
iras, velut ultima publicorum malorum,
vertunt.

Aulicis con-
siliarij pro-
bant.

Nam quod quidam hodie male
callidi eas etiam approbant, & ne-
gant Principi quidquam aduersus sub-
ditos vitios, quam si in commune non
consulant.

Tacit.
Agit.

Imprebe.

Hoc quam errant! Cùm enim du-
plex, ut in definitione ostendi, Factio sit,

Pau

Paucorum autem Plutum: perniciosa
viraque. & hæc quidem palam, quæ
viribus freta statim ad manus & arma
tendit: & plerumque pars quæ domestico
certamine inferior est, externo potius se
applicat, quam ciui cedat.

Fætio po-
pularu-
nia.

Livius
XXXIV.

Sed nec prior illa minus exitiabilis,
quæ inter Paucos & potentes. Nam
paullatim, ut Philosophus quoque ad-
notat, ἀντιμετωπίσασθε τυπολογεῖσιν
μισθιστούσης τὸν ὄλευ πόλιν: Nobilium fa-
ctiones trahunt ad se & in partes uniuersum etiam populum.

Fætio po-
tentum no-
nia.

Arist. v.
Politie.
cap. IV.

Cic. De
Atusp. re-
sponsi.

Imò ægrius hi placantur. neque alius
solet esse discordiarum exitus inter cla-
ros & potentes viros, nisi aut uniuersus interitus, aut victoris dominatus &
regnum.

Quomodo igitur utiles? nam hæc
exemplis herè atque hodie etiam su-
mus edocti. Illud quidem fateor, haud
ab re esse, leuiter inter se dissentire fini-
tima oppida aut provincias; sed leuiter,
& hoc uno bono ne in te conspirent.

Gallia lo-
quitur.

Tamen alt-
qua d' fidia
vñsi.

Cato in familiâ suâ id spectauit ? qui
 ad tivâ scâtiū ἔχει τὰς δάλας ἐμπρεστο
 ηδέ προσεῖν πόρος ἀλλήλας, ταῦτον τὸν
 Sed exi- διάνοιαν τοὺς δεδομένους : semper contentiuncu-
 gita. las aliquas aut dissensum inter seruos
 callidè serebat , suspectam habens nimiam
 concordiam eorum metuēnsque.

Plutarc.
Caton.

Nec male hîc illud applicauerim:
 Societas nostra lapidum fornicationi simil-
 lima est, quæ tauri nisi inuicem obstante,
 hoc ipso continetur.

Et inter si-
nitones re-
cepta.

Talem igitur aliquem dissensum, &
 solita inter accol. as odia,

Sen. Ep.
xcvii.Tac. v.
Hist.Falliones
legibus pre-
menda.

Fortasse tolerem: at nunquam veras
 illas, præsertim inter Nobiles, factio-
 nes. Imò ταὶς ὑπερβολαι φιλοσοφίας νο-
 σάσθε, ait princeps Philosophus, ηδέ
 τὸν πόμων τετελεῖται δεῖ φυλάττειν: Nobilium
 contentiones & partes, etiam legibus
 oportet prohibere conari.

Arist. v.
Polit. cap.viii.Eamque
in signia.

Neque insignia villa, aut discrimina
 Nominum Vestiumque permittere:
 saluberrimè olim à Mæcenate moni-
 tum, ad Augustum. Κακιστον, inquir,

Curt.
xxxii.

tus

Dio

Dio LIL τας τε ἔχεις καὶ φιλοπρίας τας ωρδες
αἰλήλας παντασιν σκηνόπεν, καὶ μήτε
ἐπωνυμίας πνας κενάς, μητ' αἴλο πέζε
διενεγθίσοντας ποιν, ἐφίέναι σφίσι ποιεῖσθ:
Optimum vero inimicitias omnes & am-
bitiosa certamina prorsus exscindere, at-
que adeò nec Nomina noua, aut aliud
quid, ex quo oriri dissidia possint, ipsis
permittere.

Atque hæc talia in semine compri- Et semina.
menda, καὶ δεχομένων δὲ τῶν τοιεσσον
διλαβεῖσθ, ηδελνειν τας τεν ὑγεμόνων
καὶ διωρθών σάσις: Incipientia ista ca-
uenda sunt, & dissipanda magistratum
aut potentium contentiones.

Curt. vi. Parua enim s̄epe scintilla neglecta ma-
gnūm excitauit incendium.

Liuīus etiam.
xxxiv. Et semper ab hoc genere summum
periculum est, si cætus, & concilia, &
secretas consultationes, esse sinas.

C A P V T I V .

Causa altera è Propinquis, Seditio.
eius Origo, Progressus, Remedii,
distincte explicata.

*Definita
Seditio.* I AM Seditio etiam cauſſa Ciuilis
I belli. quam definio, M V L T I T V-
DINIS IN PRINCIPEM AVT
MAGISTRATVS, SVBITV M ET
VIOLENTV M MOTV M. De cu-
iis Origine, Progressu, Remediis vtili-
*Eius origo
varia : Vt
apprefatio.* ter & ordine dicam. Origo ei à cauſſis
variis. Sæpe ab oppressione aut metu.
cūm imminentium periculorum reme-
dium, ipsa pericula arbitrati,

*Ant. mœ-
bus.* Consternantur ad arma. Aristoteles
causam hanc discretè tetigit: Διὸς
φόρον, inquit, στατιάζεται οὐτε οὐδὲν εἰσιν επειτα,
διδίοντες μὴ δῶται δικια, οὐδὲ οἱ μετανοεῖς
αἰδίνεις, Εγλωποι φθάσαντες τῷν αἰδίνη-
σινται: Οὐ μετούσι σeditiones mouent, tam
bi qui fecere iniuriam, metuentes pœnam;
quam y, qui in se expectant, præuenire
volentes priusquam ea inferatur.

Ab

Ab indulgentiâ etiam, & rebus laxis. *Laxitas nū
mia.*
 quomodo Appius apud Liuium dixit,
Liuius 11. Non miseriis, sed licentiâ, tantum conci-
 tum turbarum: & lasciuire magis plebem,
 quam seseire.

Sæpe etiam ab Inopiat, & rebus ar- *Anguitia.*
Sall. Iug. tis. Semper enim in ciuitate quibus opes
 nullæ sunt, bonis inuident; vetera odere.
 noua expetunt; odio suarum rerum mutari
 omnia student.

Denique sæpiissimè à Ducibus, cùm *Tribuniti
Tribuni.*
 Tribuni quidam exagitant & signiferi turbarum. Nam *tribunus.*
*Liuius
XXVIII.* multitudo omnis, sicut mare, per se immobilis est:

Ibidem. Æoli isti excitant: & caussa atque origo omnis furoris penes auctores est, reliqui contagione insaniunt.

Quos operæ est, ut tibi describam. Sunt in cā classe primū, Ambitiosi aliquot homines. qui proutam degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habent. *Quos Am-
bitio impel-
lit.*

*Cic. 11. in
Cat.* Quique honores quos quietâ republicâ despe

desperant, perturbatâ consequi se posse arbitrantur.

*Quos as
alicium.*

Secundò, Obærati & re familiari perditâ. quibus scilicet *afficta fides in pace, & rebus turbatis alacres, & per incerta tutissimi.*

Tac. I.
Hist.

1. Ann.

Quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt:

Sallust.
Orat. Phil.
lip.

1V. Hist.

Ideoque audiē tumultum ex tumultu, *Ibidem.* bellum ex bello ferunt.

xvi A

*Quos insta
vanitas.*

Tertiò etiam Vani quidam & ven-
tosí. qui *non tam præmis periculorum,* *quam ipsis periculis laeti, pro certis & olim partis; noua, ambigua, ancipitia malunt.*

Tacit. II.
Hist.

1. Ann.

*Progressus
& augme-
ta sediu-
num.*

Hæc origo est, hæ caussæ & flabella:
at Progressus iste. Hi tales variâ arte
imperitos animos impellunt.

1. Ann.

Indide

Primò clam, & nocturnis colloquiis, *Ibidem.* aut flexo in vesperam die, dilapsis melioribus, deterrimum quemque congregantes.

III. H

Illīc inserunt querelas, & ambiguos *t. Hist.* de

de Principe sermones, quæj^s alia turba-
menta vulgi.

i. Ann. Mox etiam, promptis iam & aliis se-
ditionis ministris,

iv. Hist. Agunt audaciūs: & palām *Libertas*
ac speciosa nomina prætexuntur:

xvi. Ann. Sed quām falsō? Nam ut imperium
euertant, Libertatem preferunt; si euerte-
rint, ipsam aggredientur.
Libertas &
tutela pu-
blica, pre-
texi solita.

iv. Hist. Nec quisquam alienum seruitium, &
dominationem sibi concupinavit, ut non ea-
dem ista vocabula usurparet.

ii. Ann. Adstrepit tamen his vulgus.

Vulgus leue
& credulu.

i. Hist. Primò leuissimus quisque, & futuri
imprudens, spe vanâ tumens:

Indidem. Mox, quod in seditionibus accidit, un-
de plures erant, omnes fuere.

iii. Hist. Atque hīc regnum obtinent feruidi
maximè & procaces: quique inclemen-
ter in Principem inuehi soliti, nihil spei
sibi inter aduersa reliquerunt.
calidi hic
regnant.

Nam

Nam isti aperte descendisse in caucum ibidem.
videntur:

*Grati sim-
per vulgo.* Eoq; plebi gratiore, culpæ vel gloriæ ibidem.
socij.

Ad summam, quanto quis audaciā ^{1. Ann.} promptus, tanto magis fidus, rebusq; motis
potior habetur.

Eū dī dīxosatūn nāj nāyvan⁹ Proverb.
ēymōfē tīmūc: vell.

In turbis etiam prauis sortitur ho-
norem.

Remedias in
principio ad-
hibenda.

Progressus est iste: sed quæ Reme-
dia? iam dabo. Suadeo ut in tempore
occurras. Nam saepè modicis ^{Tac. XII} ^{Audal.} remedias
primi motus confedere.

Omnē malum nascens facile opprimitur: CIC. Phil.
inueteratum, fit plerumque robustius. Lip. V.

Vide igitur, si incipiens & nondum ^{Tacit. I.}
adulta seditio melioribus consiliis flectetur. Hist.

Per inter-
pretes pla-
candi tur-
bidi.

Mitte qui moneant, suadeant: & præ-
sertim eos, quibus facundia adsit, mul- ^{III. Hist.}
cendiq; vulgum artes, & auctoritas.

Non

Non etiam tu ipse eas? haud temere & malo ut *integra auctoritas tua maioribus* *remediis* seruetur.

Tamen interdum haud abnuam,
præsidium te ab audaciâ mutuari. *Interdum per te ipsum.*

Fecit magnus Cæsar: &
Lucan. v. -- stetit aggere fulti
Cespitis, intrepidus vultu, meruit-
que timeri
Nil metuens.

Tac. xii.
Ann. Etiam Diuus Augustus vultu & aspe-
ctu Actiacas legiones exterruit.

i. Hist. Cur non tu idem in re ancipihi, &
vbi periculosior sit quies, quam temeritas?

Aude, illi metuent: &
Lucan. v. Deteget imbelles animos nil fortis-
ter ausa
Seditio, tantumque fugam medi-
tata iuuentus.

Ex Liu. Nam plebem nosce. ferocior illa ad *Plebs incipi magis,*
v. 11. rebellandum, quam ad bellandum: *quam pa-*

Id. vi. Eique insitum tentare magis, quam
tueri libertatem.

Audi

*Leui refe-
datur.* Audi vaticinium: *Omnis multitudo,* Curt. 12. *Liu.*

maxime militaris, mobili impetu fertur.

*Ita Seditionis non remedia, quam princi-
pia, maiora sunt.*

*Coquus magnum aenam quando
fernit, paullâ confutat truâ.*

Titini-
nius.

*Interdum
tamen vi-
comprimen-
da.*

*Quid tamen si coaluit & iam fortis
est Seditio? nempe fortioribus remediis
agendum:*

Tac. t.
Annal.

*Et si imperium detractetur, bello cer-
tandum.*

Ibidem.

Sed lenta.

*Nec tamen statim. Da malorum pae-
nitentiae, bonorum consensui spacium.*

1. Hist.

*Cogita diem forsitan tempusque ipsum
leniturum iras, sanitatemque animis al-
laturum.*

Liu. 11.

*Variis arti-
bus versan-
da.*

*Intercà variè spem offer, metum in-
tende.*

Tac. t.
Ann.

*Disiunger-
da.*

*Sed in primis per artes diuelle eos ac
disiunge: quo remedio tutissimè consensus
multitudinis tollitur.*

Tacit.

*Corrum-
penda.*

*Quosdam occultis praemiis ad te
alli*

Ex T.
Hist. 1.

Liu. II. allice. neque unquam deerunt, qui gratiam meliorie partis bono publico velint quæsitam.

Tac. I. 11. Quosdam subdolè ad ipsos mitte: Fallenda.
Hist. qui eadem velle simulent, quo plus auctoritatis consiliis insit.

Tac. I. 11. Hi fallent. Tu quoque da verba: Verbi de-
annal. quoniam verba apud eos plurimum va-
lent.

Plutarc. Τὸν μὴ λύκον & φασὶ τὸ πόνον κερτεῖν.
Polit. δῆμον δὲ καὶ πόλιν εἰς τὸν δῆμον ἀγείρειν
μαίλισα: Lupum aient auribus non teneri:
at populum & civitatem auribus maxime
oportet ducere.

Tacit. I. Offer blanda, imò ambigue promit- Ambiguū
Ann. te. quid refert? facile mox irrita facies, promissū in-
quæ per seditionem expresserint. dicenda.

Tacit. Ex Tacit. Ego bonum hunc dolum toto ostio
Hist. I. admitto. Falle, falle potius, quam cæde.
Quod si quid hic maculæ; elui id ve-
lim clementiâ & lenitate. Ad te redie-
runt? ne sœui. Omnia culpa fuit, pau- Sed iuda-
corum sit pœna. etate, cœ-
ter habenda.

*Capita sal-
tem puniū-
tor.*

Abundè satis, si nefariæ seditionis
auctores sanguine luant, quod admis-
runt.

Livius
xxviii.

Imò si unius alterve, maximè prompti,
subuertantur.

Tacit. iv.
Ann.

-- Quidquid multis peccatur, inul-
tum est.

Lucan. v.

Vnde orta culpa est, ibi pæna consistat.

Livius
xxxix.

Et scito ad multitudinem, castigatio-
nem satis esse.

Ibidem.

*Inquisicio
tollerat.*

Sed nec in conscos inquire. Bonâ
fide securi omnes sint: & Tyberij exem-
plio, quamquam multi sustentasse opibus,
iuuisse consiliis dicentur, haud quæres.

Tac. 11.
Ann.

Seneca
Herc. F.

CAP.

Sen. 1.
Clem.

Seneca
Herc. F.

CAPVT V.

De Tyrannide. quid ea sit, et eius
ingenium? mala subiecta oculis:
quaestumque, tollenda ea an tole-
randa?

TERTIA inter Ciuilis belli cauf-
fas, Tyrannis. Quid ea est? VIO-
LEN TUM VNIVS IMPERIVM,
PRÆTER MORES ET LEGES.
Aio violentum. quia in communi om-
nium odio, necessario Tyrannus de-
currit ad hoc asylum.

Definitio
Tyrannide.

Vnū ei ad-
haret.

Senee.
Herc.Fur.

Quod cūibus tenere te inuitis scias,
Strictus tuetur ensis.

Præter alia, hoc inter Regem Ty-
rannumque discriminēt: quod alter ar-
ma habet, quibus in munimentum pacis
vitetur; alter ut magno timore magna odia Et terror.
compescat.

Aio etiam, Præter mores aut leges. Sine lege
Nam apud Tyrannos eff.

Senee.
Herc.Fur.

Ius est in armis, opprimit leges timor.

Ausferre, trucidare, rapere, falsis no-
minibus Imperium; atque ubi solitudi-
nem fecerint, Pacem appellant.

Tacit.
Agric.Sine bono
villo irre.

Specie tamen aliquâ legum, cuertunt
leges: & habent huic rei Delatores.
quod genus hominum publico exitio re-
pertum, nec pænis unquam satis coercitum,
per præmia eliciunt.

Tac. I. V.
Annal.Amat de-
latores.

Atque ut quis districtior accusator, ibidem.
apud eos velut sacrosanctus est: leues, igno-
biles, pænis adficiuntur.

Tuetur ma-
los.

Itaque sub iis quam quisque pessime sallust.
fecit, tam maximè tutus est.

Odit formi-
datq; bonos,
aut illu-
stres.

Tyrannis enim boni quam mali su- id. Catil.
spectiores sunt, semperq; aliena virtus for-
midolosa est.

Inde sinistra erga eminentes interpre- Tacit.
ratio, nec minus periculum ex magnâ fa- Agric.
mâ, quam ex malâ.

Nobilitas, opes, omisi gestig, honores, 1. Hist.
pro crimine: & ob virtutes certissimum
exitium.

Imò

In A
col.

Ibid.

Plin.
neg.Tacite
Agric

Ibidem

1. v. A

Ibide

^{In Agri-} Imò etiam ob Doctrinam. Nam
pellunt Sapientie professores, & omnes bo-
^{Etiam do-}
^{cios.}
^{col.} nras artes in exsiliis agunt.

Ibidem. Quid ita? nequid usquam honesti ocu-
lis occurrat.

^{Plin. Pa-} Ipsi enim vitiosissimi, inimicas vitiis
^{neg.} artes, non odio magis, quam reverentia
relegant.

^{Tacit.} Quin metu apud posteros infamia, ^{Scriptores}
^{Agric.} sequunt in ipsa Scripta: & monumenta
clarissimorum ingeniorum in foro ac comi-
tio urunt. ^{& scripta}
^{anversatur.}

Ibidem. At non etiam illo igne abolent vocem ^{Frustra}
populi, & conscientiam generis humani. ^{abolesc.}

^{iv. Ann.} Mihi secordiam eorum irridere li-
bet, qui praesenti potentia freti, credunt
extingui posse etiam sequentis aui me-
morijs.

Ibidem. Nam contrà, punitis ingenii gliscit ^{Deum maior}
auctoritas. neque aliud externi reges, aut seruas,
qui eadem sequitur usi sunt, nisi dedecus si-
bi, atque illis gloriam peperere.

*Odiosa pm-
nibus.* Hæc Facta Tyrannorum : qui Fru-
ctus ? acerbi. Sunt enim in omniū odio:
& malos Principes detestantur, etiam qui
malos faciunt.

Plinius
Paneg.

*Omnes vi-
cissim me-
tuens.* In alsiduo Metu : & ad omnes suspi- Tacit. n.
ciones pauidi. Hist.

Ideò admunt per inquisitiones loquen- In Agric.
di audiendique commercium. col.

Nec linguas solum, sed omnium ma- Sen. i. De
nus obseruant, & eo quoque tempore quo
non captantur, peti se indicant, nullum- Clemenc.

--Sors ista Tyrannis
Conuenit: inuideant claris, fortés- Claudi. IV.
que trucident,
Muniti gladiis vincent, septique
venenis,
Ancipites habeant arces, trepidi- Conf. Ho-
que minentur. nor.

*Conscientia
sua premi-
tur.* Adde cruciatus & tormenta inter-
na. Nam si Tyrannorum mentes reclu- Tacit. vi.
dantur; possint aspici laniatus & iactus.
quan

Ann.

quando ut corpora verberibus, ita sauitia,
libidine, malis cōsultis animus dilaceretur.

Et

Sil. xiii.

Tacit. vi.
Annal.

Sen. i. De
Clement.

Laert. in
eius vita.

Iuuenal.
Sat. x.

Quām vellent nunquam sceptris
fulsisse superbis!

Adeo facinora atque flagitia sua ipsis
quoque in supplicium vertunt.

Denique quis exitus? deiectio, aut
cædes. Nam reges consenescunt, liberis-
que ac nepotibus tradunt regna: Tyranno-
rum exsecrebilis ac breuis potestas est.

Thales interrogatus, τι θύρολον εἴη
τεθεατὴ; Γέρων, εφη, τύραννος: Quid
difficile vidisset? Tyrannum, inquit,
senem.

Nec poeta noster vanus:

Ad generum Cereris, sine cæde
& vulnere, pauci
Descendunt reges, & siccâ morte
tyranni.

Immanem belluam hanc vides. sed
quod in eam remedium? duplex: Au-
ferre, aut Ferre. Illud, erectionis spiritus

De Reme-
dio.

Tollerere qui
dum volueris

*est; cui videtur moriendum potius, quam
vultus aspiciendus tyranni.*

Cic. I. de
Offic.

*Cum ap-
plausu mul-
tiorum.* Nec ergo represso; cum sciam Grae-
cos homines deorum honores tribuisse iis,
qui tyrannos necauerunt.

Id. pro
Milone.

Audio etiam illum Tragicum:

-- Victimā haud ullā amplior,

*Potest, magisve opima mactari
Ioui,*

Quām rex iniquus.

Senec.
Herc. Eu.

*Sed tolerā-
di sapientia
videntur.*

Sed tamen hoc alterum magis è
Sapientiae normā censeo, & sapientia è
publico usu. Quisquis es inter Subdi-
tos, si me audis, scutum tibi magis quam
gladium sume:

Sen. Oe

*Quia deus
vnam sit.*

Hoc inquam Tolerantiae scutum.
Primū, nōnnc à Deo reges sunt:
ergo anceps, cede se qualiscumque Prin-
cipis cruentare.

Ex Liu.
III.

Tac. IN.
Hist.

Phœbus ille vatum dixit:

*Nec temere
sanctui re-
gibus violan-
dus.*

*-- δεινὸν δὲ οὐδέ βασιλήϊον ὅστις
Κτένεσι: -- res est grauis occidisse
Regalem stirpem.*

Homer.
Odyss. x.

Plut. in
Deuco.

Nimis

Tacit. IV.
Hist.

Nimis verè. Res grauis, imò plerumque & infelix: si tamen exemplis credimus omnis æui. Ecce priuatim, vindicta statim sequitur: & facinoris ciuius ultor est, quisquis successit.

Priuatim
raro id bene
cessit.

Cic. 1. de
Offic.

Id. pro
Milone.

Tac. 1.
Hist.

Ibidem.

Seneq.
Herc. Eu.

Traditâ scilicet Principibus more,
munimentum ad præsens, in posterum
ultione.

Nam vel exempli cauſā,

Sen. Oed.

Regi tuenda maxime regum est
ſalutis.

Ex Liu.
III.

Tac. IV.
Hist.

At publicè, quid nisi clades? & raro ^{publicè mi-}
ea moles conuelli, sine conuellentium exi- ^{nus.}
tio potest.

Tac. xv.
Ann.

Plur. in
Deuco.

Factiones ex eo, dissidia, & bella ^{Sempèrque}
intestina. Atqui ego cum Faonio ^{ea cauſa} ^{cladum.}
affero, χαρεγνοὶ μοναρχίας πολεμοι εμφύλιοι: Peius deteriorisque esse
tyrannide siue iniusto imperio, bellum
Ciuiile.

Tacit. IV.
Hist.

Quidni ergo laudabilius, nostrum
Ferre: meminisse temporum, quibus nati <sup>Tolerare
melius.</sup>

sumus. & bonos Principes votō expetere,
qualescumque tolerare?

*Ut cœlestia
omnia ma-
la.*

Adeo enim ista & ab alto. & quo-
modo sterilitatem, aut nimios imbres, &
cetera naturæ mala; sic luxum & auari-
tiam dominantium tolerare debemus.

*Nam sub-
ditorum est.
parere.*

Indigna, digna habenda sunt, rex Plaut.
que facit.

Quid calcitras? Principi summum Tacit. 11
rerum iudicium dī dederunt, subditis ob- Ann.
sequij gloria relicta est.

*Inqū qua-
tere, nocet.*

Nihil tam exasperat feruorem vulne- Egesip.
ris, quam ferendi impatientia. lib. 11.
cap. ix.

In ipsis agrestibus feris, artissima vin- Ibidem.
cula, si se excitent, imprimitur; si que-
scant, relaxantur.

*Modestia
reges miti-
gat.*

Sed & in teipso vide, nequa durioris
imperij culpa. Nam vt verē Magnus
ille regum dixit: Regum ducumque cle-
mentia non in ipsorum modo, sed in illo-
rum qui parent ingenii sita est.

Obsequio mitigantur imperia.

Alexand.
apud Co-
tium lib.
11 x.

Ibidem.

Inter

The
po tr.
Plut.

Tacit.
Agric.

IV. H.

xvi. A.

In Ag.
col.

IV. Hi.

Plin.
neg.

Theopó-
po tribuit
Plut.

Interrogatus quispiam, quid ita Spar-
ta floreret? quia ne reges recte imperare sci-
rent? Imò, inquit, quia cines parere.

Indidem.

Tacit.
Agrič.

O benè! & tu tibi sume. Nam sàpè
retractas, & contumaciā atque inani ia-
ctatione famam fatumque prouocas.

Plaut.

Plenam meramque libertatem spi-
ras. nescius, quomodo pessimis Principibus
sine modo dominationē; ita quamvis opti-
mis modum libertatis placere:

Tacit. 11.
Ann.

xvi. Ann. Et necessariò contumaciā inferiorum,
lenitatem imperitantis diminui.

Egeli-
lib. 11.
cap. ix.

In Agri-
col.

Pone hos animos: & compescē ardo-
rem, peritus obsequi, eruditusque utilia
honestis miscere.

Ibidem.

IV. Hist.

Ne contumaciā cum pernicie, quam
obsequium cum securitate malis.

Alexand-
apud Ce-
tium lib.
11 x.

Plin. Pa-
neg.

Alsidue cogita: quanto libertate di-
scordi seruientibus sit vilius, vnum esse
cui seruant.

Ibidem.

Mali sàpē Principes, fateor & doleo:
sed calumniando peiores etiā facimus.

*contumacia
exasperat.*

*Et prelatio
nimia li-
berata.*

*Menita
subduci.*

*Qui proni
ad querelas
aut calunias
nigra.*

Ita

Ita ingenium vulgo. audent p̄ssim & gaudent

-- humili laſſe veneno

Statius
Theb.

Summa ; nec impostaſ unquam ceruice volenti

Ferre duces.

Atque, vt ille ait, τὸ παιγνῖον τοῦ βαρύν οὐκέτι εἰναιοίς : Præsens imperium subditis semper graue.

Ferat preſentia , ſpe
meliorum.

Quid ſi aliud: idem. Nam vitia erunt,
donec homines : ſed nec hæc continua , &
interuentu meliorum pensantur.

TAC. 1V.
Hift.

Concludo igitur , Ferenda regum in-
genia, neque uſuſ crebras mutationes.

xii. Ann.

CAPVT VI.

Quæſtiuncula per occasionem inſer-
ta, An miſceat ſe bellis Ciuitibus
vir bonus: utrimque ea agitata:
& cum diſcrimine aliquo perso-
narum defiſita.

HÆc initia & hæ Cauſſæ ſunt bel-
li Ciuitis. Modus Gerendi ſe-
quebatur: ſed iuste negauit de eo me-
dictu

TAC. 1.
Annab.

Salluf.
Iug.

Id. Ora.
Macri.
trib. pl.

Cæſar i-
ter Ep.
Att. X. c
vii.

Ad Att. i
epift. ii

dictum. Illud saltem hoc loco lubet
quærere, *Quis gerat se in bello Ciutili vir bonus & quiescat, an abeat in partes?*

*Vir bonus
an ciutili bel
lo interjet.*

*Qui tem Ratio & Exempla suadere
videntur. Ratio: quia arma ciutilia neque
parari, neque haberi possunt, per bonas
artes.*

*Non debere
v detur.
Quia ipsum
malum.*

Atque etiam finis in iis plerum-
que improbus: & Ducas *bonum publi-
cum simulantes, pro sua quisque potentiam
certant.*

*Quia finis
in eo malum.*

*His ciuibibus armis, ait Sallustius, di-
cta alia, sed certatum utrumque de domi-
natione est.*

*Quid ergo viro bono & quieto, & bo-
no cui magis conuenit, quam abesse a ciui-
libus controveneris?*

Adde, quod sauitia quædam & feri-
tas annexa his bellis: à quâ sanè immen-
sum abhorret vir bonus. Cicero hoc
aspetto clamat: *Melioris medijs fidius
ciuis & viri puto, quoniam suppicio affici,
quam illi crudelitati non solum praesesse,
verum etiam interessere.*

*Quia cru-
deliter geri-
tur.*

Iam

Statius
Theb.

Tac. I.
Annal.

Thuc. I.

Tac. IV.
Hist.

Sallust.
Iug.

Id. Orat.
Macri.
tib. pl.

Cæsar in-
ter Ep. ad
Att. x. ep.
vii.

Ad Att. ix.
epist. xv.

*Et viri mag-
ni abhor-
terebant.* Iam Exempla si quæruntur, illustria
sunt. *Aiunt gloriari solitum Q. Horten-
sium, quod nunquam Ciuiti bello inter-
fuisset.*

Id. Ad
Fam. 11.
ep. XVI.

*Asinij etiam Pollio factum ac di-
ctum memorabile. Nam rogante Cæsare, ut
secum ad bellum proficeretur Actiacum:
Ego, inquit, discriminè vestro me subtra-
ham, & ero præda victoris.*

II.
Tran-

*Contra De-
bere vide-
tur.*

*Est enim
boni, bonos
sequi.*

Et plura reperies. Tamen altrinse-
cus, Ratio pariter & exempla. Ratio
hæc. Vbi dissidium, cur vir bonus se-
iungat se à suis? imò ut bos armenta; sic
ipse bonos viros, aut eos quicunque dicen-
tur boni, sequatur.

Cic. ad
Att. vii.
ep. vii.

Cic.
Att. 11.
ep. 1.

*Et Solon le-
ge ita casit.*

Sapiens ille Solon lege etiam Me-
dios istos quietosque submouit. *In casu,*
*inquit, ciuilis discordia, qui non alterutram
parte sese adiunxerit, sed solitarius sepa-
ratusq; à communi malo ciuitatis secesserit;*
*is domo, patria, fortunisq; omnibus careto,
exsul extorrisque esto.*

Agellis
Noct. Att.
lib. 11.
cap. XIII.

Id.
Sextio-

*Fecerunt iū
viri magni.*

Quid Romanus ille *Cato virtutum
vina imago.*

Sen. i. D.
Tranquill.

Id.
Sextio-

Certius

d. Ae
m. 11.
v. XVI.

ell. ii.

Cic. ad
Att. ix.
ep. 1.

*Certius sapientis exemplar, quam Her-
cules aut Ulixes.*

Nόνne non comitem solum Ciui-
libus armis se prēbuit, sed ducem? con-
stat. Ergo & vir bonus idem faciet. &
*quemcumque sors tulerit casum, subibit
potius cum iis qui dicentur esse boni, quam
videatur a bonis dissentire.*

Cic. ad
Att. vii.
ep. vii.

Conflictum sententiarum vides: nos *Nos discri-
minamus.*
quid volumus? pacem. Vtramque sen-
tentiam probam esse dicimus, sed cum
discrimine quodam personarum. Cla-
rus quispiam aut illustris est: *versari in* *illustres &*
republicā, atque in eā excellentius se ge- *actuosoś in-
rere studuit?* *teresse volu-
mus.*

Agellius
Noct. Au-
lib. 11.
cap. XII.

Posterior ei sententia tenenda: & fa-
ciendum *quod pecudes, quae dispulsa, sui*
generis sequuntur gregem.

Sen. 1. D.
Tranqu.

Quis color aut ratio, cūm tranquillis
rebus ad clavum federis, ut deseras abi-
ciāsque eum, turbatis? non potes. Huic
generi hominum, scimus dignitati esse
seruendum, reipub. consulendum, officij
rationem in omni vita esse ducendam.

Misce

Sed mo-
diste.

Misce te & iunge: sed cum hac lege,
ut appareat Sapientem & bonum ciuem
initia belli ciuilis inuitum suscipere, ex-
trema non libenter persequi.

Id. Ad
Fam. VI.
ep. VII.

Minus cla-
res & que-
tos, qui scie-
re.

Consilia tua si ad pacem confers, si
in ipso æstu belli, iræ ac victoriæ mo-
deraris: ô virum! ô ciuem! At parte
alterâ, latet aliquis? & est ex eo generc
qui missos fecerunt honores, nec rempu-
blicam attingunt?

Id. pro
Sexto.

Hic, me iudice, nec Ciuite quidem
bellum attingat. Cur nunc se det in tur-
bidum illud mare, qui tranquillum non
tentauit? Ille verò neque tutius, neque
honestius reperiet quidquam, quam ab
omni contentione abesse.

Cat. in II.
Ad Att.
x. ep. vii.

Eligat censeo aliquod oppidum vacuum
à bello, dum hæc decernuntur:

Catilus II.
Cie. lib. I
ad Attic.

Afflita
men à bonis
fære.

Sed cum cā itcm lege, ut ne propen-
sior ad turpem caussam videatur.

Cic. Ad
Att. viii.
ep. xxv.

Attici in-
signe exem-
plum, nobis
immitidum.

Animo saltem quis patriam non ih-
uct? Cape exemplum ab ipsâ Mode-
stiæ & Prudentiæ prole, Tito Attico.
qui

Nepo-
cius

Suet.
cap. L

Cic. in
ad Att.
ix. ep.

Idem
Muc.

Nepos in eius vita. qui ita in rep. est versatus, ut semper optimatum partium & esset, & existimaretur: neque tamen se Ciuilibus fluctibus committeret. quod eos non magis in suâ potestate existimabat esse, qui se his dedsent, quam qui maritimis iactarentur.

Suet. Iul. cap. LXXXV. Vir optime salue, & probande magno illi Cæsari: qui denuntiante Pompeio, pro hostibus se habiturum qui reip. defuissent: ipse Medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronuncianit.

Cæsari moderatio, Principibus imitanda.

Cic. in iis ad Attic. Hix. ep. xv. Hoc nostrum Arbitrium est in re litigiosâ. in quo facile intellego, pugnandi cupidis hominibus me non satisfacere.

Cælius a Cic. lib. ad Attic. Sed iidem illi vitam meam cogitent: Idem pro Marcel. sciantque consilia nostra pacis & togæ socia, non belli atque armorum esse.

CAPVT VII.

*De Finiendo Ciuali bello. & Operis
mei finis.*

SED seriò iam exsulto. & vt nautæ
-- quando ex alto procul
Terram conficiunt,
ex animo lœtantur: sic ego, qui ter-
ram non aspicio, sed tango. Breue
saltem spatum interest, de Ciuali bel-
lo Finiendo: quod vnâ nec mutatâ
*Duplex ra-
tio finiendo
ciuali mo-
tus.*
*Pallio meo
livr.*
velificatione decurram. Finitur Ci-
uali discordia dupliciter, Pactione aut
Victoriâ. Illam eligo. & omnino
melius *Sapientiâ id potius extingui,*
quàm armis & ferro rem in discrimen
adducere.

*Mibi omnis pax cum ciuibus bello Ci-
uali utilior videtur.*

*Dies &
Tempus,
semper pro
regibus.*
Etiam temporaria & parum firma.
Nónne diuulsi animi interea coale-
scunt? Errant, qui exæcta hîc omnia
volunt & ad liquidum perducta. Acutè
simul & verè Curtius: *Nec fallebat*
Anti

Plaut. Me-
næc.

Liu.

Flo-
cap. 3

Cic.
Avic.
ep. v

Cic. Phil.
v.

Id. Phil.
11.

Tac.
Hist.

xvi.A

m.H

Lib. viii

Antipatrum dissentire ab animis gratulantiū vultus, sed bellum finire cupienti opus erat decipi.

Liu. xxii.

Rex prudens s̄æpe moram magis quam bellum metuet.

Dissimilitudine
bellū in no
xiām.

Flor. 11.
cap. xix.

Tamen plerisque placere video Finiendi modum alterū: qui veram voleant & sine exceptione Victoriam.

Cic. ad
Attic. viii.
ep. v.

Quæ splendida s̄æpiūs, quam salutris: nisi magnā quadam prudentiā moderaris. Nam ex victoriā cum multa malā, tum certè tyrannis exsistit.

Victoria p
na vix br
conducit.

Tac. 111.
Hist.

Tu caue, & callidum Mucianum hīc audi: Initia bellorum ciuilium fortunae permittenda, Victoriam consiliis & ratione perfici.

Nisi consili
valde regi
tur.

xvi. Ann.

Illa adhibe, & in primis semina motuum tolle. Capita specie honoris aut muneris ablega, ut noua cupientibus afferatur dux & auctor.

Andere
motum tol
lendi.

m. Hist.

Ipsos milites remoue. quos spargi per provincias, & Extero bello illigari, pars consilij pacisque sit,

Instrumen
ta remoue
da.

Leniter cū
aliū agen-
dam.

Sæpe bellum externum firmam con-
cordiam peperit.

v. Hist.

Sed ante omnia Clementiæ vestigiis
tu adhære. neque audies importunissima
genera hominum , qui tot misericorum ci-
uium sanguine satiari nequiuerunt.

Sall. ad
Cæs.Sall.
Cæs.

No audienc-
de sanguis-
narie hirn-
diner.

Qui te ad crudeles pœnas , aut acerba
iudicia inuocant.

Indid.

Vell. 1

Scilicet ut ipsi trahant , rapiant , &
tanquam vrbe captâ , libidine ac licentia
suâ pro legibus vtantur.

Tacit.
Ann.

Salutare
consilium.

Non , non : Brutus tibi doctor me-
lior. cuius saluberrimū effatum , Acrius
prohibenda esse bella Ciuria , quam in su-
peratos iracundiam exercendam.

Cic. ad
Brut. ep.
11.

Iudica à plerisque ignoratione , & iugis ,
& falso atque inani metu , quam cupiditi-
tate aut crudelitate ciuile bellum esse su-
ceptum.

Idem pro
Marcel.

Ita res tuas augebis , ita famam . &
efficies ut nec inimici quidem queri quid-
quam audeant nisi de magnitudine tua.

Sal. ad
Cæs.

Nullum

Hist.
Sen. i. De
Clemen.

Nullum ornementum Principis fasti.
Datus Regum clementia.
 gio dignius pulchriusque est, quam illa co-
 rona OB CIVES SERVATOS.

all. ad
Cf.

SE D ego haec tenus, ô Princeps, que
CONCLUSIO.
 mihi utilissima facta visa sunt, que
 que tibi usui fore credidi, quam paucissi-
 mis potui, perscripti:

did.

Vell. 11. Nunc voto finiendum volumen est.

ndid.
Tacit. 14.
Ann.

Et socios, cines, ac Deum ipsum precor.
Et pro Princeps votum.
 hunc, ut tibi ad finem usque vita, quietam
 & INTELEGENTEM HUMA-
 NI DIVINIQUE IURIS MEN-
 TEM duit: illos, ut quandocumque con-
 cesseris, CVM LAVDE ET BONIS
 RECORDATIONIBVS, facta atque
 famam nominis tui prosequantur.

dem pte
Iarcel.il. ad
Cf.

ANNE Ô REX REGVM.

7000 0000000000
6000000000000000
5000000000000000
10000000000000000
10000000000000000



P

bl
i

o
de

Mis misa

Miguel Garsias

at

